95 ditis ſuis, ab omnibus inuiolabiliter eſſe obſeruanda, eaq. ſolet a noſtratibus ratio aſsignari quia ſcilicet, quemadmodum leges, & fori Aragonum, ita ſimiliter priuilegia in contractus trãſierunt, indeque irreuocabilitatis naturam aſſumpſerunt, ex iuribus & autoritatibus ſuperius explicatis. Et Bellug. tradit Rubr. 9. num. 1. Hæc namque ratio difficultatem nõ abſorbet, quia per eam non excluduntur caſus, in quibus per quamlibet conceſsionem Princeps non poteſt a ſe abdicare huiuſmodi ſupremam prærogatiuã in iuriſdictionalib⁹ ſcilicet, prout Bal. Suarez Belluga & alij ſupra relati intellexerunt, etiam ſi priuilegia in contractum tranſierint, cum ſemper in illis ſuperioritas hæc inſeparabilis excepta cenſeatur: prout latius in ſolutione argumentorum diſcutietur.

Minus obſtat argumentum proponi vulgo ſolitũ de lege generali ad particularẽ, id eſt de foris ad priuilegia, vt quẽadmodũ ſolus Rex ſine Curia generali, foros cõdendi eoſdemq. abrogandi poteſtatem non habet, ita etiã nec priuilegia ſolus poſsit reuocare. Diſpar namque † eſt ratio in priui-
96 legijs, quia ſolus illa concedit, & ſic ad eum ſolum ademptio ſpectare debet iux. regul. nihil tã naturale vbi Dec. ff. de reg. iur. non ſic in foris, quos neque ſolus condit, neque ſolus reuocat.

Neq. quicquam facit iuramentum quod a Regibus præſtatur de ſeruandis foris, priuilegijs, libertatibus & cõ-

ſuetu-

suetudinibus Regni, iuxta formã traditam in foro, de his quæ domi. Rex. quia dumtaxat religionis vinculũ addit, nihil tamẽ auget. Stephan. Betrã. conſ.209.lib.1. Deci. in l.1.col.7. C. de pact. l. ſi donatione col. 4. C. de collatio. & cõſ.230.col.2. regulariter enim
97 † iuramentum ſecundum naturam actus, intelligitur, quam non excedit l. fin. C. de non numerata pecunia ſed omnes eius conditiones & modificationes recipit cap. quemadmodum & ibi Antonius, Butri. & Panor. de iu. iur. Vnde cum natura iuriſdictionalis priuilegij quæ reuocabilitati ſubiacet id expoſtulet, vt ſemper ſuprema auctoritas reſeruata cenſeatur ex ſupra notatis addito etiam iuris iurandi vinculo, eadem ſemper manebit nihilq; ſuæ reuocabilitatis amittet. Et quamuis fortius iuramenti viribus ad obſeruantiam priuilegiorum Reges aſtringãtur, id tamen intelligendum erit, ſeruata rei natura & proprietate.

Quæ omnia eo magis omnium mẽtibus inſidere æquum eſſet, quò ab ſurdum non modicum euitatur, huic opinioni acquieſcendo, quod ex contraria imminere poſſet. Nam ſequeretur quod priuilegijs iuriſdictionalib⁹ multis Oppidis & Villis, ſeu potius omnibus huius Regni conceſsis, tota iuriſdictio Regia funditus abſorberetur, a Regeque adeò ſegregata maneret: quod nullæ penitus reliquiæ apud eum remanſiſſent. Quia per minimas particulas peruenitur ad peremptionem totius, totum in fruſtra diuidendo l. nomen. §. primo ff. de lega. 3. per quẽ tex. ita ſentit Bal. conſ.327.n.6. vol.1. Sicque Regem abſq. iuriſdictione haberemus: quod impoſsibile & monſtruoſum eſſet: & quam ab ſurdum ſit nemo eſt qui neſciat.

Secũdo principaliter præmitto pro introductione ad ſolutionem argumẽtorum hanc,
98 †, de reuocatione priuilegiorum materiam, adeò difficilem non eſſe, ac pluſquam cimerijs tenebris, denſaq. caligine obductã. vtrum ſcilicet Princeps poſsit ea reuocare necne: quod numquam de illa fuit facta pax apud Intellectiuos ſecundum Bal. conſ. 326. n.6. vol.1. Illud tamẽ abſq. contradictione omnibus eſt in confeſſo,
99 iuriſdictionis conceſsionem † eam ſibi innatam habere proprietatem, vt a concedentis voluntate dependeat, ad eiuſq. nutum quandocunq. valeat reuocari vt probatur in l. iudiciũ ſoluitur de iudi. vbi dicitur, iuriſdictionem conceſſam, mandato ſeu prohibitione concedentis extingui, & euaneſcere: aſſeritq. inibi Bald. n.2. poſſe Marchionem prohibere omnibus iudicibus in Marchia iuriſdictionẽ exercentibus, ab eo deputatis: ne illa vtantur. Et merito quidem. Cũ princeps priuilegium a ſe conceſſum contrario imperio valeat reuocare: vt inde procedat priuatio, vnde proceſsit habitus & collatio, rationemq. illam DD. cõmuniter adducunt & approbant, quia
100 videlicet † priuilegia ex ſolius Principis voluntate dependent & liberũ arbitrium alijs vel ſibi ipſis auferre non poſſunt, neq. ſibi legem imponere, a qua recedere non liceat, l. lucius in fi. vbi glo. quæ alia iura congerit ff. de fidei commiſ. liberta. l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de leg. 3. Bald. in l. digna vox C. de leg. & conſ. 326. nu. 6. tex. in l. pen. ff. de recep. arb. Rom. conſ.444.n.10. Rolan. de lucro dot. q. 84. Menoch. conſ. 150. num. 22. Vn
101 de fit † a concedente priuilegium ſeu iuriſdictionem reuocari poſſe argumento tex. in l. qui fundos C. de omni agro de ſer. ſecundũ Iaſ. conſ.144. nu. 3. & ſeqq. vol.2. Decius in cap. nouit n.14. & 15. de iudi. Gramm. deciſ. 46. n.8. vbi ex Socino conſ. 86. refert,
102 iuſtam † cauſam reuocandi eſſe, quia ipſemet Princeps conceſsit, multa cũ mulat Anto. Gabriel de iure quæſi. nõ toll. concl. 7. Abbas. poſt Inno. in d.

cap-

cap. nouit, & Moder. in c. quæ in Ecclesiarum, de constitutio. Natta. cons. 636. a nu 32. quod a natura iurisdictionis prouenit, quæ reuocabilitatem secũ affert. Nam † in concessione illius
103 semper censetur excepta & reseruata superioris autoritas, semperq. in viscerata illi in hæret huiusmodi conditio, si superior non reuocauerit Bald. in l. qui se patris nu. 34. ver. item in concessis. C. vnde libe. & post Areti. omnes Moder. in c. nouit. de iudi. Deci. ibidẽ optime explicat num. 89. facit tex. in c venientes de iur. iur. quod in iuramẽto semper censetur excepta superioris auctoritas, & superiorem † intellige
104 ipsumetiã Principem concedentem, prout explicat Roderic. Suarez alleg. 7. vers. ad partem, vbi dictum Bald. sic intelligit, & rationem illam adducit, quia scilicet in eo re sidet suprema potestas inseparabilis, ergo potest reuocare. Bellug. d. rubr. 22. nu. 61.
105 Vnde iurisdictio precariæ nomen † mutuata est, quia ad instar contractus precarij ad nutum & libitum concedẽtis reuocatur. Vt in terminis resoluit Natt. cons. 511. num 4. & 5. Idcirco huiusmodi potestatem a se remouere nõ potest, quia † in actu suapte natura re
106 uocabili, facultatem reuocandi non potest quis a se abdicare, Alex. Raud. lib. 1. de Analog. c. 23 nu. 93. & 64. & in terminis priuilegiorum Loaz. super Oppido de Mula dub. 1. in responso ad 5. nu. 250. Et quamuis † in Aragonia
107 Princeps legibus omnino solutus non sit, poterit tamen in ijs quæ contraria foris non sunt, dispensare, & priuilegia ex iusta causa reuocare, præsertim in materia nostra iurisdictionis, quæ cum de patrimonio Regis sit, vt in foro. de conseruatio. patrimo. potest ad libitum per Regẽ reuocari, iuxta tex. in l. qui fundos. C. de omni agr. deser. lib. 10. quam multum notabile ad propositum dicit Bald. in l. 1. C. de emacipa. libero. n. 7. vbi hoc esse Principis priuilegium asserit, quod possit iuris dictionem a se concessam reuocare.

Quibus ita preiactis validissimis fundamentis, ius ratioque ipsa postulare videtur, vt argumẽtis pro parte cõtraria adductis breuitate laconica satisfacere studeamus. Primum igitur argumentum nõ obstat, quia licet DD.
108 hãc † absolutæ & ordinariæ potestatis distinctionem excegitauerint, de qua fusissime pertractant in c. quæ in Ecclesiarum, de constitutio. Vbi Feli. Dec. & Beroi. intelligentes absolutam potestatem, idest, nulli rationi subie-
109 ctam, quia † Principi ea de facto & sine causa vtenti, ac de plenitudine potestatis procedẽti nemo potest dicere, cur ita facis, Bald. in prælud feudor. n.
110 34. Illam † tamẽ ita intellectã, vt veritati omniq. iuris dispositioni repugnantem, & (quod maxime ponderandũ est) a Christianis Catholicisq. Principibus alienã, communiter recentiores improbarunt. vt non minus eleganti quam copioso sermone Pinel. prosequitur, in rubr. de rescin. vend. 1. par. c. 2. per totem, maxime nu. 25. vbi quã plures Doctores congerit, eorumq. dicta, non contemnenda recenset, addẽdus præterea est Francis. Samien. selectar. interpreta. lib. 1. cap. 8. & D. Ferdinandus de Mẽdoça lib. 1. disputatio. iur. cap. 5. a nu. 35. cum pluribus seqq. Quod autem Rex noster Christianissimus hac potestate, seu potius tempestate, ac tyrannide careret, non defectus sed augmentum excellentiæ & præstantia quædam esset miris in cœlum vsque encomijs ex tollenda:
111 nã † id possumus quod de iure, honeste & licite possumus l. si cum dies. §. compromisso vbi glos. ff. de recep. arbi. l. si filius de condi. insti. l. vul-
112 go de sta. homi. cum similib. quemadmodum † non est defectus potestatis in Deo, non posse peccare c. vltim. de pœnite. dist. 2. & id posse potentia non

non est sed deficientia quædam secun dum Bald.cons.326.n.3.libr. 1.latissime Crauet.de antiquita.tempo.par.1. sectio. Non omitto nu.1. cũ alijs seqq. Quod si in Principe veram & propriã potestatem absolutãq. dare velimus, eam a iure regulatam & iusta subsistẽte causa interpretabimur, cũ Tessaur. decis.91.nu 1.in fin.sed ad reuocationem † priuilegiorum,præsertim si iu-
113 risdictionis sint,non absoluta indigent Reges potestate, cum ordinaria sufficiat,quam habent in hoc Regnò, nec per.§. *item del mero imperio*, sub rubr. de priuile.genera. fuit illis sublata,sed illa duntaxat potestas suprema in cõdendis legibus necessaria,quam ad primum meri imperij gradum spectare maior scribentium pars autumauit in l. Imperium ff. de iurisd. om. iudi. & quod ordinaria solum potestate † Prin
114 ceps possit ratione præeminentiæ suæ dispensare etiam contra ius,cum modico tertij præiuditio,non subsistente vrgenti causa,Tessaur. constanter asseuerat d.decis.91. nu.2.subdens,ita passim obseruati in Consilio Serenissimi Ducis Subaudię:idipsumq.postmodum appositissimis illustrat exemplis ibidem & in decis.186.per totam. At reuocare priuilegium iurisdictionis, vel a se ipso, vel a prædecessore concessum, Princeps ordinaria potestate potest.tum quia in modico læditur ius tertij,imò in nostro casu in minimo, prout infra enodabimus, ostendentes Villæ Alcagnicij nullum, vel modicũ, ex dicta Villarum erectione præiuditium generari:tum etiam quia attenta iurisdictionis concessione & natura, quæ reuocabilitatem pręse fert, quia semper in ea censetur excepta superioris auctoritas,Bald.in d.l.qui se patris, & quia non potest a Principe abdicari,vt in superioribus latiori quam par erat sermone commõstrauimus,nulla quippe potestas absoluta quę supra ius est necessaria videtur ad priuilegij reuocationem, cum secundum iuris cõmunis regulas, illam Princeps facere valeat.Quia in separabilitas † supre-
115 mæ iurisdictionis de iure procedit, a qua potestas reuocandi producitur pulchre Suar.d.alleg.7.in.§. ad partem vers.sed fallit,& quia † in modico ter
116 tium lædere Princeps de iure potest Luc.de Penna in l.quicumq. C.de fid. instrum.quẽ & alios refert & sequitur Tessaur.d. decis.91.ergo non est quod absolutam potestatem ad hunc effectum desideremus.

Ac præterea respondeo,non adeò infallibilem & indubitatam esse hãc absolutæ potestatis assertionẽ a DD. confictam & ad inuentam, cum nullo stabili fundamento filiatur: quia †
117 iura ad id per omnes allegata tex. nẽpe in l. digna vox. C. de legibus & l. Princeps de legib. id nequaquam probant, sed Principem legibus esse solutum,quod de legibus ad solemnitatẽ spectantibus,non tamen de ijs quibus neglectis publicum bonum offenderetur,intelligendum esse perhibet Corras.lib.2. miscella. cap. 25. n. 5. alijq. varias ad dicta iura interpretationes ediderunt,vt videre est apud Doctores quos Alphan. refert in collecta. n. 735. D. Francis.de Mendoça lib. 1. disputa. iur. c. 5. a n. 28. Dom. Soto. de iust.& iu. lib. 1. q. 6. art. 7. & plures varijs in locis,nullo tamẽ iure quicquam de absoluta potestate cautetur: cuius nomen leges detestatæ fuerunt.

Neque merum imperium adeò ab hoc Regno relegatum radicitusque euulsum reperitur, prout innuit .§. *Item del mero tit.* de priuileg. gene.
118 quia † licet imperium absolutũ Principis & non regulatum legibus & foris non habeamus,de quo communiter intellectus fuit ille .§. habemus tamen effectus meri imperij in prolatione & executione sententiarum criminalium, vt probatur per obseruan.
119 Item per forum & obseruan. seq. de priuileg. milit.quæ expresse demõstrant,in Aragonia † merum & mix

E tum

tum Imperium esse, idẽ insinuare videtur obser. Item nobiles de foro cõpet. obser. fin. de iurid. om. iudi. & aliæ possent plures recenseri, ni longius quam ratio postulat, sermo protraheretur. Quibus rationib⁹ argumẽtum hoc primum omni ex parte prosternitur.

Multo minus secunda obstat obiectio de priuilegio in contractum transeunte, quæ præsupponit, priuilegium Villæ Alcagnicij, quia interuenit pecunia (scilicet solutio peytæ triũ mille solidorum, annuatim soluendorũ) in contractum transiuisse. Hoc tamẽ
120 falsum videtur, quia † ad hoc vt priuilegium in contractum ob hanc causam trãseat omnino requiritur, quod pecunia vel datio habeat perpetuam commensurationem cum re concessa, vt quia datum fuisset aliquid æquiualens ipsi rei, ita Bal. in d. l. qui se patris, quem cæteri postea sequuti sunt. Ias. cons. 56. n. 2. vbi eundem Bal. & Cyn. Imol. Alex. & alios refert, & probat quod quamuis priuilegium trãseat in contractum reuocari poterit si factum vel pretium reciprocum non intercesserit Bellug. in specul. Rub. 9. num. 29. optime Rolan. cons. 13. n. 12. vol. 3. vbi inquit quod si † præpon
121 derat gratia ipsi dationi, seu pecuniæ, ad huc poterit reuocari, Olasc. decis. 139. n. 10. Natta cons. 511. Gabriel de iure quæs. nõ tol. concl. 6. n. 8. quia tũc gratia tanquam potentior attendi debet non datio, argumento l. si quis nec causam ff. de reb. cred. & l. quæritur de sta. homi. cum vulga. Sicut in simili videmus quando traditur res & pretium: nam si preponderat pretium est emptio & venditio, si res permutatio vt in cap. ad quæstionem vbi DD. de rer. permuta. Quis ergo ausus fuerit affirmare dationem trium mille annuorum solidorum, siue redditum ipsum siue proprietatem & sortẽ principalem spectet, æquiualere, ac perpetuam habere commensurationem cũ re concessa, nam & si iurisdictio (prout aduersarij, licet perperam contendunt) concessa foret, illi soli hæc pecunia non æquiualeret etiã attento priuilegij tempore, quia iurisdictio Villæ & octo oppidorum pluris æstimanda erat. Quid tamẽ de alijs rebus eodem priuilegio donatis quæ maximi ponderis, æstimationis & valoris existunt & hac eadem pecunia commensurã dæ sunt, dicendum erit? Hoc dominorum iudicum maturo iudicio pensandum ac perpendendum relinquitur. Nam huic parti sufficit quod gratia præponderet, pecuniæ seu pretio, ad hoc vt contractus naturam nõ induat, & in meris gratiæ, ac priuilegij terminis cõcessio remaneat, prout omnes interpretes nemine dempto sentiunt. Ne aduersarij propter pecuniæ interuentum, priuilegium hoc contractum venditionis esse proclament. Quia cessante huiusmodi donatione & recompensatione reciproca, etiam si alias hoc priuilegium contractus dici posset, reuocari & tolli sola Principis voluntate, etiam sine vlla causa posset, ex eleganti ratione quam in propria specie tradit Iass. cons. 56. num. 4. in ver. nec prædictis obstat, ad fi. scili-
122 cet, quia talis contractus † cessante donatione cõmensurabili, censetur mera dispositio voluntaria, quibus mire concinit sententia Bald. in d. l. qui se patris num. 33. ibi, *sed si non est priuilegium, sed conuentio, &c.* vbi contractũ etiam reuocabilem esse non abnegat. Et vt funditus hęc commensuratio excludatur, attendenda maxime est peytæ appellatio in priuilegio adiecta, quia non sine ministerio peyta & non pretium nuncupatur, quia peytą decimam rei partem denotat, vt colligere licet ex obser. Item si aliquis infantio. & obser. seq. tit. de salua infancio. & ex titu. declaratis. monetati. & titu. declarationes Dñi Regis nam ad peytã

& mo-

& morauetinum (quod est septem solidorum) soluendum, tenetur qui septuaginta solidos in bonis habet, peytæ igitur nomen ad pretium rei commēsurabile trahi non potest.

Secundo respondeo, quod etiam †
123 priuilegia solemniter facta, ad contractusq. normam redacta, reuocabilia sunt, cum causa tamen, prout DD. omnes intelligunt, & optime declarat Paul. Castr. in l. digna vox. n. 6. Bal. in l. donatio. C. de dona. inter vir. & vxo. Quem & alios penè innumeros cōgerit Gabr. d. tit. de iure quæs. non toll. concl. 5. nu. 42. & concl. 6. n. 19. Nam
124 † ex causa publicæ vtilitatis etiā proprio contractui Princeps potest contrauenire, secundum Bart. Bal. Angel. & alios relatos per eundē Gabr. conclu. 2. num. 14. eo. tit. causæ autem plures eæq. iustissimæ, publicamq. concernentes vtilitatem in priuilegijs erectionis dictarum Villarum exponuntur, de quibus in vltima huius responsi parte differemus.

Tertio, quia supra recitata conclusio de irreuocabilitate priuilegij in cōtractum transeuntis, de qua latissime Gabr. vbi supr. conclu. 5. per totam li-
125 mitatur † communiter per DD. in iurisdictionalibus, prout videre est apud eundem n. 5. vbi inter alios refert Bald. in d. l qui se patris, cuius vestigijs posteriores in hærent, inter quos est Belluga rubr. 22. §. & quia num. 31. vbi inquit de dicto Baldi magnum festum facere cōsiliarios Regis, qui sciunt de patrimonialibus idem in rub. 23. vers. sed pone nu. 13. Areti. in c. nouit col. 3. de iudi. Suarez exprȩsse d. allega. 7. in
126 vers. si ergo, qui omnes † Bald. doctrinam procedere intelligunt, in concessione iurisdictionis in contractum trāseunte, vt scilicet, possit ad voluntatē superioris supprimi, & aufferri. Qui postquam priuilegium pecunia interueniente concessum irreuocabile dixerat, declarat non procedere in iurisdictionalibus, quia in eis semper auctoritas superioris reseruatur, & nisi eius auctoritate non potest exerceri, &c.

Quarto & vltimo respondeo regulam & conclusionem supradictam nō arctare successores, nam licet generaliter verum sit, successorem in dignitate non posse reuocare contractum prædecessoris Cyn. in l. digna vox C. de legib. & alij pene innumeri per Gabr. relati vbi supr. conclus. 5. numer. 2. id tamen in rebus particulrribus procedit non in regalibus. Regalia enim in prȩiuditium successorū concedi non possunt, etiam per contractum, vt voluit Bald. in tit. de pace Cōstan. Felin. in c. 1. de probatio. Nat. cons. 536. nu. 46. & alij plerique a Gabr. citati. d.
127 concl. 5. nu. 4. Idemq. † procedere in iurisdictionalibus ex Bald. in d. l. qui se patris, & Dec. Areti. & Felin. concludit Gabr. ibidem nu. 5.

Nec quicquam obstat tertium argumentum de translatione dominij, quod cum iurisgentium sit, Principem semper ligare oportet, quia dominiū & ius tertio acquisitum, tollere nullo-
128 modo porest. Nam † huiusmodi assertio limitatur & restringitur, vt sine causa id facere nequeat: cum causa tamen bene poterit, prout videre est apud Areti. & alios per Gabr. d. cō clu. 7. nu. 3. relatos, inter quos Bald. in d. l. qui se patris connumeratur: eandē opinionem amplectitur Crauet. cons. 241. num. 12. & 13. vbi latissime ius cō competens de iure naturali, vel gentium cū causa Principem tollere posse probat, impugnatque Decij dictum consil. 286. abnuentis id posse, etiam cum causa, quia (inquit Aym. d. num. 12. in pri n.) in hoc loquitur contra communem DD. sententiam qui concedunt tollere posse ius quæsitum de iure gentium cum causa: ac tandē tres causas exponit, quibus reuocatio iustificari potest.

129 Præterea † argumentum de domi nio

nio ad iurisdictionem nullatenus videtur procedere, vt contra Bar. hæc duo æquiparantem expresse firmat Dec. in l.1.n.40.ff.de iurisd.om. iudi. duos proponens casus, quibus inter se dominium & iurisdictio longe lateq. discrepant, & a diuersis bonã non posse fieri illationem notissimum est argumento.tex.in l.Papinianus exuli.ff.de mino.l naturaliter.§.nihil commune, ff.de acqui.poss. cum vulga. Cum igitur hic de tollendo iure seu dominio quæsito minime disceptetur, sed in meris ac puris priuilegij terminis versemur, reducimur ad conclusionem supra adductam, multisq. comprobatã, quod Princeps indistinctè potest priuilegiũ a se concessum reuocare. Præsertim cum ex tenore priuilegij Villæ Alcagnicij constet, iurisdictionis concessionem (si qua fuit) precariam extitisse: si quidem nominatio iustitiæ, semper ad Comendatarium eiusdem Villæ, seu ad Regiam Maiestatem spectat, quia in proprietate (vt ita loquamur) nulla iurisdictio donata fuit, cũ nomine Regis exerceatur & administretur, ob rationem sæpius repetitã, quia semper auctoritas superioris seruatur illæsa, & inseparabilis, qua potuit diuidere ac dismembrare territorium, & iurisdictionem, d. l. si eadem ff.de offi.assesso.l. vni. C. de Metrop. Bery.cum alijs supra adductis.

Tandem non obstat quartum & vltimum argumentum de priuilegio nõ subdito concesso, quod inuiolabiliter seruandum & ad implendum est, non solum a Principe concedente, verumetiam a successoribus. Quia est irreuocabile, & quia transit in contractum Gabr. vbi sup.concl.7.nu.10. & 11. & concl.5. n.2.vbi plures refert. Id tamẽ
130 † quamuis absolute nullaq. adhibita distinctione: an cũ causa, vel sine causa reuocetur, nonnulli ex DD. intellexerint: quos commemorat Gabr. con clu.6.n.20.tres tamen continuò subnectit limitationes, nostro valdè proposito & intentioni congruentes. Prima quando reuocatio fieret ex causa, ex qua potest reuocari donatio. Secunda, quòd non procedat in iurisdictionalibus. Tertia; quando priuilegium non subdito concessum inciperet esse damnosum & nimis præiudiciale. Quas restrictiones varijs exornat auctoribus. Dec. tamen in c.nouit nu.89. de iudi.eandem conclusionẽ de priuilegio non subditis concesso, limitat etiam in cõcessione iurisdictionis, ex ratione Bald.in d.l.qui se patris, vers. item in concessis. Quare esto quod Aragonenses aliquo respectu non subditi appellari possent: adhuc postrema hæc obiectio nihil impediret, quo minus in Rege nostro Christianissimo Philippo daremus potestatem ad priuilegia erectionis Villarum elargienda legitimam & sufficientem, necnõ & ad reuocandam & euertendam iurisdictionis gratiam & concessionem Villæ Alcagnicij impertitam.

Quibus omnibus rectè prout decet perpensis, satis superq. exploratum & manifestum fiet, priuilegia supra memorata Villis de Alcorisa & Cretas, Oppidoq. de la Coma per inuictissimum Regem nostrum Philippum III. cõcessa, suis viribus illibata persistere, in eisdemq. recte fundatam intentionem harum partium, non obstantibus in contrarium allegatis, permanere.

SECVNDVS Articulus.

SEd quid tot verba tẽpusq. conterimus, & longo effusóq. sermone de reuocationis materia tractamus: si adhuc nõ legitime iuridiceq. constat de viribus & validitate priuilegij D. Petri Ybañez de cuius reuocatione ac rescissione hactenus disputauimus? Nã si illud nullum est, prout apertè dilucideq.

ex sequẽtibus apparebit, rescindi, rũpi seu reuocari nulla ratione poterit; quia rescisio subsistentiã rei quæ rescinditur præsupponit l. 3. in fi. & l. nã & si sub conditione ff. de iniusto rup. cum vulga. Quod autẽ priuilegij præfati nulla sit habenda ratio ex sequentibus liquidó patefiet.

Et primo ex defectu solemnitatum & substantiæ ipsius actus donationis, seu alienationis bonorum, in eodem priuilegio compræhensę. Nemo nam que inficiabitur, bona religionis & ordinis militaris esse bona Ecclesiastica, & in eorum alienatione, eandem seruandam esse solemnitatem, eademq. requisita necessario adhibenda esse, quæ a sacris Canonibus rerum Ecclesiasticarum alienationi iniuncta & prę scripta reperiuntur, quibus ad vnguẽ

132 † non seruatis, neq. adhibitis alienatio nulla omnino erit: prout deducitur ex tex in c. fine exceptione 12. q. 2. ca. tua & c. cum Apostolica de ijs quæ fiũt a prælat. sine consen. c. traditq. Feder. de sen. cons. 142. c. vt super de rebus Ecclesiæ non alienat. & plene ponit Hostiens. in summa eo. titul. Couar. libr. 2 variar. capit. 17. solemnitatum que obseruatio adeò præcisa & necessaria est, quod etiam consuetudine aliquid adimi, vel detrahi non possit, ex enumeratis in d. c. sine exceptione prout Ioan. Andr. asserit, quem refert & sequitur Siluester in summa verb. alienatio. nu. 3. vbi cum hac opinione communiter DD. per transire affirmat. Cum igitur D. Petrus Ybañez iurisdictionem ad Religionem ordinis militaris Calatrauæ spectantem, quæ res Ecclesiæ ac Religionis procul dubio existit, per hoc suum priuilegium alienauerit (si iurisdictio ibidẽ Villæ Alcagnicij, quod omnino negamus concessa fuit) nam per huiusmodi concessionem, & translationem, tam ipsi Magistro, quam præfatę Religioni potestas, ac facultas de eadem iurisdictione disponendi adépta quidẽ atq. de tracta fuit. Dubium non est, quin adhibẽda & obseruanda esset forma a sacris Canonibus præcepta & iniuncta, alias nullitatis defectũ patiatur, iuxta communem DD. resolutionem in c. 1. & 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. & in c. vt super & c. nulli eo. tit. Fabia. de Monte in tract. de emp. & vẽd. 5. q. prin. in fin. a num. 108. Natt. cons. 441. Couar. lib. 2. variar. cap. 17. Riminal. Iun. cons. 233. & cons. 455. So-

133 lemnitates † autem in similibus alienationibus pręcise obseruãdæ & quę ex tex. in d. c. sine exceptione deducũtur, notissimæ atq peruagatæ sunt, & per Siluest. & Angel. in summa in verb. alienatio, & per cæteros Iuris Canonici summistas expositæ, Prima est causæ cognitio & auctoritas Decretum que superioris, scilicet proprij Episcopi in non exemptis, & in exemptis Prælati cui inmediatæ subsunt.

Secundo tractatus capituli, qui præcedere debet an expediat nec-ne alienare, & necessarij sunt tres tractatus, vel saltem vnus diligens & solemnis Panor. in c. tuã de ijs quæ fiunt a Præla. Nat. d. cons. 441. nu. 32. Tertio consensus eiusdem capituli. Quarto quod alienatio vel venditio fiat causa necesitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesiæ. Quæ omnia ex supracitatis DD. colliguntur: neque in comprobatione illorum est inmorandum, cũ ab omnibus scribentibus communiter recepta & approbata sint.

134 In hoc tamen priuilegio † non vna vel altera ex præfatis solemnitabus desideratur, imò omnes defecerũt, prout ex ipso tenore instrumenti seu priuilegij apertissime patet. Consensus nã que capituli & tractatus non potuerunt interuenire, cum in forma capituli, non fuerint congregati, nec præcedente vocatione & alijs ad vniuersitatis, collegij & conuentus congrega-

135 tionem necessarijs, quæ exacte † & elegan-

eleganter enarrantur per Anchar. in repetit. c. canonum statuta a nu. 105. idipsum de defectu Decreti, & causæ alienandi, ac præsertim necessitatis & euidentis vtilitatis secure dici potest, cum potius illa cedat in diminutionem maximumq. detrimentũ & præiudiitium præfatæ Religionis & Ordinis, necnon & oppidorum vt ex infra
136 dicendis apparebit. Nam & si † ex aduerso probaretur, alienationem in fauorem Ecclesiæ factam fuisse (quod impossibile est) adhuc controuersum esset, num talis alienatio sine solemnitate valeret vt ex latissime congestis per Dec. in c. quæ in Ecclesiarum a num. 28. de constitutio. & cons. 124. vol. 1. discerni poterit.

Sed quanquã negari nequeat, quod in huiusmodi concessione & priuilegio forma, idest solẽnitas & iusta causa non interuenerunt, quibus † om-
137 nia requisita necessaria comprehendũtur secuudum Abba. Butr. Domi. & alios a Dec. relatos in d. c. quæ in Ecclesiarum num. 27. objiciunt tamen aduersarij, propter defectum harum solemnitatum prædictum priuilegiũ nullitatibus minime subiacere, neque ex hoc capite impugnari posse, quia †
138 longissimi temporis, quod a die concessionis illius transactum & elapsum est, antiquitate & auctoritate, huiusmodi vitia purgantur, cùm præsumantur omnia solemniter acta, etiam in solẽnitatibus extrinsecis, ex l. si filius. C. de petit. hæred. & ex c. peruenit, de emp. & vend. tradit Alexan. cons. 111. col. pen. lib. 4. Dec. cons. 409. n. 11. Tiraq.
139 de præsc pag. 64. Quamuis † enim regulariter solemnitas extrinseca nõ præsumatur, sed intrinseca tantùm l. sciendum vbi omnes ff. de verb. obliga. si vero † solemnitas extrinseca
140 temporis diuiurnitate fulcitur & coadiuuatur, præsumitur etiam interuenisse, Aym. Crauet. de antiqu. temp. 3. par. per totam vbi fusissime hanc pro sequitur materiam, & n. 15. concludit,
141 in tempore † longissimo 30. annorũ illud solum sufficere ad inducendam præsumptionem solemnitatis extrinsecæ, absq. alia præsumptione vltra tẽporis lapsum, quia ex solo tanti temporis cursu omnia præsumuntur solemniter acta, prout ex Alex. Dec. Soc. & alijs infinitis d. nu. 15. in fin. Aymo. cõprobat, intelligẽdo semper de actibus extra iudicialibus, de quibus etiam loquitur Anto. de Gam. decis. 49. & 323 Borgni. Caualcan. decis. 29. & 46. & si res adeò longin qui tempotis fuerit, quod eius initij memoria non sit in contrarium, non requiritur scientia superioris, etiam si agatur de probatio-
142 ne tituli & substantiæ actus, quia † tẽpus tam antiquum habet vim confessionis & tituli l. hoc iure. §. duct⁹ aquæ ff de aqua quotid. & æsti. Et quod huiusmodi præsumptio solemnitatis extrinsecæ ob diuturnitatem temporis, in alienatione etiam rei Ecclesiasticæ de qua in præsenti disputatur, procedat, vt puta quod præsumatur tractatus & consensus capituli, resoluit Crauet. in d. 3. par. sectio. vidimus in genere nu. 25. per tex. in c. ea noscitur, de ijs quę fiũt a Præl. sine cõsen. cap. c. peruenit cum glos. de emptio. & vend. & Alexan. & alijs ibidem allegatis. Quare videbatur ex prædictis concludendum in fauorem partis aduersæ, priuilegium D. Petri Ybañez neq. ex defectu solemnitatis decreti, tractatus, neque consensus aut causæ necessariæ, aliquo nullitatis vitio laborare, imò eidem standum omnino fore.

Sed prædictis minime repugnantibus, adhuc priuilegium viribus carere, imo prorsus nullum existere, resoluendum est. Nam omnes præcitatæ doctrinæ cessant, neq. vlli locus est præsumptioni, quando ex in spectione instrumenti, apparet de infecta radice vitioq. visibili, quia scilicet ex lectura illius defectus formę substantialis manifesta-

nifestatur & innotescit, quæ probatio cum per rei euidentiam fiat omnibus alijs anteponenda est, omnesq. fugat & exterminat præsumptiones, nec in merito quidem. Cum præsumptio †
143 veritati cedat, l. si non conuitij C. de iniur. l. 3. C. de liber. præteri. per quę iura ad hoc not. Peral. in l. si quis Titio 17. n. 17. de leg. 2. l. fin. in prin. ff. quod met. cae. l. si chirographum. l. cum de indebito. §. 1. ff. de probatio. Afflict. decis. 107. nu. 5. & 6. Gram. decis. 79. n.
144 fin. Et cum † ex inspectione instrumēti probetur contrarium, scilicet, solēnitatem adhibitam non esse, de præsumptionibus seu coniecturis curandum non est, Paul. cōs. 81. vol. 2. Curt. Iun. cons. 130 nu. 40. Dec. cons. 13. & cons. 627. in fin. Mascar. in concl. antiquitas 108. nu. 3. vbi sunt concordantes Grama. d. decis. 79. Roland. cons. 90. nu. 44. vol. 1. Socin. Iun. cons. 56. num. 26. in 2. decis. 142. n. 50. Cephal.
145 316. nu. 27. Quando † enim expressè producitur titulus nullus & inualidus, versamur in casu claro, & ideo nō est locus coniecturis l. continuus. §. cū ita ff. de ver. oblig. cum vulgat. sed ex tenore ac serie ipsius priuilegij euidenter apparet, solemnitatum & formæ defectus, quæ etiam in minimo seruanda & ad implenda est, aliàs actus omnino corruit, l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact. cum similib. & communiter DD. in l. 1. ff. de libe. & posth. videtur ergo constare manifeste de nullitate priuilegij.

146 Obijcitur tamen ex aduerso dupliciter † posse contingere, quod instrumentum ostendat, solemnitatem adhibitam a principio nō fuisse, vel quia in eo nulla sit solemnitatis mentio, vel quando enunciatur solemnitas, ipsaq. enunciatio eam minus legitimam esse demonstrat, Paul. Castr. cōs. 81. in causa col. 3. in fin. lib. 2 Dec. cons. 36. quos & alios plures refert sequiturq. Crauet. in d. 3. par. in prin. num. 27. vbi septimam ponit limitationem ad regulam & conclusionem sup. n. 15. traditam de præsumenda solemnitate propter antiquitatem temporis. In primo casu. †
147 quando scilicet nihil diceretur de ipsa solemnitate, videtur tenere Crauet. d. nu. 27. quod tunc præsumatur adhibita: subditq. rationem, quia aliunde potuit adhiberi, & de eadem apparere per aliam scripturam, sicut de consilio scribentium plerumq. fieri debet, vt videre est apud Osasc. idem consulentem decis. 172. nu. 2. quem & alios refert & suo more congerit scientia & religione, insignis Doctor Petrus Cenedo Canonicus Ecclesiæ B. Mariæ del Pilar meritissimus, mihiq. colendissimus in suis Collectaneis 2. p. Collect. 71. in princ. secus tamen quando
148 † enunciatur sed minus legitimè. prout Paul. d. cons. 81. Dec. Iass. Curt. Abba. Felin. & Gazad. in d. n. 27. sentiūt. In hoc tamen priuilegio, minus legitima solemnitatum enuntiatio reperitur, ibi, *Con consejo y otorgamiento &c.* & ibi, *Por nos, y por todo el Conuento de Calatraua.* Quibus verbis solemnitas consensus capituli, quæ necessariò de iure exigitur, necnon & congregatio illius enunciatur, sed minus legitime, quia non de hoc cōsensu præstito per capitulum, neq. de ipsius conuocatione & congregatione canonicè ac iuridice facta constat, prout ex notat. per Anchar. in repetit. canonum statuta a num. 106. de constitu. clarè aperteque deducitur: necnon & in prin. ibi. *Conocida cosa sea, como Nos Don Pedro Ybañez, Maestre de Calatraua*, auctoritas superioris idest Prælati. quę necessaria est secundum Siluest. & alios sup. citatos, enunciatur. Quam ob rem concludendū videtur, dictū priuilegium nullum omnino inualidumque remanere.

149 Neque obstat sublimitatio † Crau. in d. 3. par. sect. 1. num. 31. in ver. *non proce-*

procederet tamen hæc septima limitatio, vbi, inquit, non procere septimam limitationem, data scientia & patientia longi temporis, eius qui titulum inualidum concesisset, vel superioris qui actum confirmare poterat, quia tunc censetur confirmatus titulus, & refert se ad dicenda infr. in ead. par. 3. quo loci descendendo ad casus particulares & singulares, eiusdem solemnitatis præsumendæ materiam prosequitur. Quia respondeo sublimitationem seu doctrinam præfatam nulla lege caueri, nulloq. iuris presidio communiri, nam neq. in d. num. 31. neq. in sectio. proxime seq. nu. 17. & 18. vbi de eadē materia loquitur præsumendæ, scilicet, solemnitatis extrinsecę in actibus extrauidicialibus, nullā legem vel Doctorem in confirmationem adducit. nam d. num. 17. addit, quod data scientia & pacientia partis de cuius interesse agitur, sufficit longum tempus ad præsumptionem solemnitatis inducēdam, quia patiendo rem suam posideri per dictum tempus, censetur approbasse fidem instrumenti, modo sciuerit &c. Ecce scientiam & pacientiam. Deinde num. 18. statim. seq.. enunciationem solemnitatum necessariā non esse, data scientia, & patientia partis, necnon & concurrente possesione, & rationem reddit, quia non est verisimile quod tanto tempore tacuisset. Patet igitur manifestè, quod tam in 2. sectio. rationē dicti sui fundat Crauetta in sola inuerisimilitudinis coniectura quam proprio marte confinxit & hæc omnia ad tempus longum, nō vero longissimum & inmemoriale refert, nam si lapsum fit tempus antiquissimum, afferit enunciationē non esse necessariam ad solemnitatis pręsumptionem inducendam, cessante etiam scientia & pacientia: quasi sola temporis longinquitate & auctoritate, quicunque suppleantur defectus, etiam si de initio vitioso radiceque in fecta patenter constet.

Quæ sentētia & opinio cordi mihi
150 nequaquam insidet, cum † lapsus tem poris quantumcunq. inmemorialis & longæui malam fidem purgare non valeat, constito de initio vitioso, prout eleganter explicat Alciat. conf. 164. incipit, pro dilucidatione casus, in antiqui. impressio. n. 8. dicens, verū esse,
151 quod lapsus† temporis, cuius initij memoria non est in contrarium, purgat malam fidem, quia habet vim tituli, vulga. l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiu. cap. super quibusdam. §. præterea de verb. signific. Alex. conf. 6. vol. 1. id vero procedere
152 inquit, quando sumus in dubio, alias † si clare constet de initio vitioso, actus non confirmatur ex tali lapsu temporis, etiam antiquissimi, per tex. in c. fi. de præscrip quam sententiam Alciat. ibidem iuribus & auctoribus illustrat & exornat. Quibus patefactum relinquitur, tempus longissimum & inmemoriale non supplere defectus formæ substantialis, requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiæ, quotiescumq. de initio vitioso per inspectionem instrumenti, prout in specie nostra constiterit, & cùm in hoc indistinctè siue enuntientur, siue non enuntientur DD. loquantur Rolan. conf. 90. nn. 44. vol. 1 Paul. conf. 81. nu. 3. vol. 2. declarat optime Menoch. omnino videndus lib. 2 præsump. 75. nu. 26. & 40. Iass. conf. 148, post num. 7. resoluēdum videtur, priuilegium Villæ Alcagnicij nullum existere, nullamq. de eo habendam rationem, cum præsertim instrumentū de eodem exhibitum fidem nō faciat, & sic frustra tractetur de eius solemnitate, si principale non habetur, aut de eo legitime non appareat. Imol. in l. 1. ff. de ijs quę in test. delen. Corne. conf. 22. col. 3. lib. 3. l. duo sunt Titij de testa. tute. cap. solemnitates de consecra. dist. 1.

Sed pro complemento seu colophone

ne huius disputationis ex abundanti,
illud memoria sæpius recolendum pu
to, prædictam regulam, quod ex diu-
turnitate temporis, præsumatur solē-
nitas extrinseca, duas tritas recipere
limitationes, nostro casui mirificè cō-
gruentes. Prima est, (de qua supra sa-
tis verba effudimus) quod non proce-
153 dit, quando † ex ipsa facie instrumen
ti docetur solemnitas nō interuenis-
se, quia tūc cessat præsumptio. Altera
est, quod non † procedit vbi agitur
154 de graui præiuditio, probat Alex. cōs.
12.n.4.vol.7.& ex Bart. in quæst. per
eum disputata, quæ incipit, Mulier ha-
bens amplum patrimoniū in vlti. col.
per totam, notat Iass. cons. 148. nu.7.
vers. item prædicta iura vol.4. vbi A-
lexan. in pluribus consilijs refert, & Ra
phael. Fulgos. in l.1. vbi Iasso. & Mo-
der. C. qui admitti, pulchre Natta.
cons.162.n.29.vol.1. has duas limita-
tiones ponit atq. declarat subdens †
fundamentum hoc de temporis anti-
155 quitate leue esse ac fragile, præsertim,
penes æquos iudices: quoniam vt egre
gie inquit Andre. Isernia, per eundem
Natt. relatus qui † se defendit tem-
156 pore, circumuentione vti videtur Bor
gni. decis. 45. nu. 21. & meritò sanè,
quia secundum Bal. in l. si certis annis
157 num.6. C. de pact. tempus † de se nul
lius rei est causa vel origo, sed est con-
comitantia quędam ipsarum causarū,
neq. est modus † tollendæ, vel indu-
158 cendæ, aut minuendę obligationis l.
obligationū ferè. §. placet. ff. de oblig.
& actio. Cum igitur in præsenti non
solum de graui, sed de grauissimo præ
iuditio Regiæ Maiestatis potentissimi
dñi nostri Regis tractetur, de cuius po
testate & iurisdictione contenditur &
disceptatur: necnon & de Villarū no-
tabili detrimento agatur, certo certius
est, locum non esse præsumptionibus
quæ ex sola temporis antiquitate in-
surgunt.

Ex qua verissima resolutione infer
tur, possessionem † subsequutā nul-
159 lam, esse neq. aliquod ius efficax con-
ferre, quia constat de titulo vitioso nul
lo & inualido, Aymo. de antiq. temp.
4. par. §. absolutis nu.59. Rebuf. de de-
cim. q.13. num.29. Menoch. de retinē.
possess. remed.3.n.634. Auenda. lib.1.
cap.12. num.32. vbi consilium præbet,
ne huiusmodi tituli inualidi ostendan-
tur in iuditio, ne constando de initio,
inualidetur ius defensæ, & tunc si non
160 est læsa conscientia, melius † est con
suetudine inmemoriali probare inten
tionem, quam ostendere titulum defe
161 ctuosum. Nā possessio † semper sūp-
ta præsumitur ex titulo præcedenti
Bart. in l. quædā mulier. ff. de rei vēd.
& in l.1. C. de acq. poss. & in l. Celsus
& l. cum solus. ff. de vsu cap. congerit
plures Mandell. cons.517. & cons.535.
(vbi in apostilla Vincen. Annibal in-
numeros cumulat) & cons.113.n.4. &
162 141. num.16. a primordio † enim titu
li posterior formatur euentus l. 1. C.
de imponen. lucrati. descrip. lib.10. De
cia. cons.66. num.63. vol.2.

Secundo & principaliter propius
ad verba priuilegij D. Petri Ybañez,
eiusq. interpretationē accedēndo, non
obstante illius tenore, hanc partem iu
stitiam claram & apertam fouere, vi-
ctoriāq. in hac causa promereri, mul-
tis efficacissimisq. rationibus, funda-
mentisq. conuincam: necnon & cau-
sam Villæ de Castejon contra Villam
de Sariñena, cum hac nostra, neque
multitudine & apparatu rationum &
argumentorum nec veritatis splendo-
re, aduersarijs quātumuis reluctanti-
bus, esse comparandam.

Et primo † quia in huiusmodi pri
163 uilegio non potest Villa Alcagnicij
suam fundare intententionem, neque
eo se iuuare, contra Villas de Alcorisa
& Cretas, oppidumq. de la Çoma ad
impediēdum effectum erectionis per
Regiam Maiestatem factæ: quia il-
lud non Villæ Alcagnicij eiusque vni-

 uersi-

uersitati tantum fuit impertitum, sed Villæ & Aldeis simul & coniunctim, quod verba illius demonstrant, in principio apposita ibi, *Damos y otorgamos a vos todo el Conçejo de Alcañiz de Villa y Aldeas*, & post modum in fine, vbi promittunt & se obligant soluere peytam annuatim Iurati Villæ & Aldearum simul, ibi, *Por nos y por todo el Conçejo de Alcañiz, de Villa y Aldeas, prometemos y otorgamos*, &c. Quam impositionem siue peytam cum effectũ persoluerunt, & hodie persoluunt, etiam in maiori summa & quantitate quam Villa: quia ex tribus portionibus, duæ Aldeis cõtingunt. Eo enim tempore, quo simplicitas & sinceritas cordis vigebat, morũq. corruptela animos non inuaserat, nec malitia, prout nostra tẽpestate, dominabatur, nec tot lites, iurgia & contentiones pullulabãt, visum fuit conuenire dictis Oppidis, quod ad Villam Alcagnicij, quando casus contingeret, pro iustitiæ complemento, conuolarent. Contingebat autem rarò, quia pax tranquillitasq. regnabat: nunc vero in dies peiora tẽpora succedunt: & ideo magnum hodie detrimẽtum ac præiuditium ipsis oppidis subsultat, & cũ in eorũ fauorem inductũ fuerit, eidẽ renũciare possunt, ex reg. l.pen.C.de pact. Hoc igitur priuilegio in quo maiorẽ partẽ Aldeæ videtur habere, iuxta commensurationem & interesse peytæ, quamuis Villa & Aldeę prædictæ simul possint se iuuare contra Regiam Maiestatem ne compelleret eos ad alium locum confugere iustitiam petituros: Villa Alcagnicij sola de per se aduersus Aldeas ipsas pariter priuilegiatas eiusdemque gratiæ participes, nequaquam potest suam in hoc priuilegio intentionem fundare, ex conclusione generali & receptissima, quod in collectiue † dispositis, nõ habet locum dispositio ex vna parte
164 versus aliam in dispositione compræhensam. sed ex parte omnium versus alios agendum erit: verba sunt expressa Bald. in l. administratores. §. qui corporis. ff. de adminst. tuto, quod priuilegium collegij non datur vni collegiato contra alium collegiatum, Alexan. cons. 149. n. 6. vol. 2. & cons. 139. n. fi. vol. 5. vbi socius contra sociũ eiusdem societatis agere nequit: sed ne quid dubitationis supersit, videndus omnino est, Alciat. cons. 9. num. 8. libr. 9. & in antiq. impressione cons. 164. a nu. 19. vbi multis appositissimisque exemplis hanc corroborat sententiam, eã procedere comprobans in statutis cõpromissis, prohibitionibus alienationum & represalijs, ac præsertim in priuilegijs: prout videre est nu. 21. & 24. Nam in primo loquitur de priuilegio Episcopo & Canonicis concesso, quod inter ipsos Canonicos litigantes non attenditur, in secũdo de priuilegio legatarijs indulto contra possessores, quod non habet locum inter ipsos, notant DD. in auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Idemq. posset plerisque alijs auctoritatibus roborari. Et hoc solum argumentum sufficiens videtur ad obtinendum in hac causa & excludendum partem aduersam veluti minus legitimam a sua pretensa exceptione.

Secundo, quia concilium & vniuersitas Alcagnicij, nullum habet exercitium iurisdictionis actiuè, sed passiuè, & ideo obtinere non potest, quia in eos exercetur vt in subditos, Suarez
165 alleg. 7. §. præterea, vbi inquit, iurisdictionem † in loco esse materialiter & passiue, sicut merum imperium est in furca per modum signi, formaliter tamen & actiue in Rege eiusq. Ma-
166 gistratibus & officialibus. Nam iurisdictio † in persona iudicantis est sub prædicamento agere, & in subdito sub prædicamẽto pati, in loco tamen sub prædicamento vbi, vel situs secũdum Bald. in l. 1. §. initio num. 3. ff. de offi. præfec. vrbi facit tex. in l. fin. C. vbi & apud quem Felin. in c. Rodulphus, de rescrip. in ver. territorio. Igitur Villa

Alcagnicij

Alcagnicij cum nõ habeat iurisdictionem actiuè, sed pasſiuè & ſuppoſitiuè, ſicut dominium & ſeruitus eſt in prædio.d.l.fi.C.vbi & apud quos: quo pacto valeat obtinere reſpectu prætenſę iuriſdictionis prorſus ignoro. Et licet exercitium iuriſdictionis reſideret actiue in iuſtitia & iudice ordinario prędictæ Villæ nomine tamen Regis & pro Rege exercetur, & eam a dño Rege precario cenſetur habere: vt per Bald.in l.2.C.de ſeruitu. & aqua. 9 q. num.28.

Tertio, quia ex dicto priuilegio nullam acquirere iuriſdictionem potuit Villa Alcagnicij, cum in eo nullũ verbum ad illius tranſlationem aptum reperiatur, & ſi aliquod inueniri poſſet, fuiſſet in clauſula illa, *Et damos aun y otorgamos q̃ los homes de las Aldeas non ayan Iuſticia entre ſi, mas que vengan todos ante la Iuſticia de Alcañiz, à determinar ſus pleytos.* Per quæ verba, luce meridiana clarius liquet, iuriſdictionem non eſſe attributam. Hic enim agitur de alienatione iuriſdictionis, ſeu Regaliæ & præeminentiæ dño Regi competentis; quæ in dubio non præſumitur, neq. in generali conceſsione compræhenditur. Eius enim † naturæ eſt

167 iuriſdictio, vt niſi ſpecialis mentio de ea fiat, in diſpoſitione non intelligatur compræhenſa, Couar.in pract.c.1.nu. 10.verſ.decima concluſio, vbi cõceſſo

168 Caſtro † quod iuriſdictonem annexã nõ habet, eadẽ non venit, niſi ſpecialis & expreſſa mentio iuriſdictionis facta fuerit, dicit communem Curt. Iun. in l.1.ff.de iuriſdict.om.iudi.col.vlt. Auẽda.de exeq.manda.par.1.c.5.nu.1. Alciat.in l.pupillus.§.territorium nu. 53 ff.de verb.ſign. latiſsime & copioſiſsime Menoch. libr.3.præſumpt.79.per totam, vbi cumulat ad ſatietatem n.1. Caſtrũ enim & territorium eſt quid diuerſum & ſeparatum a iuriſdictione Bald.in c.1.§.e contrario, de inueſtitu.Oldrad.conſ.121.n.9. & cõſ.252 Bertach.ver.iuriſdictio verſ. 79. Afflict.deciſ.122.& ex ſeparatis non bene infertur. Et merum imperium nõ confuſa aut indeterminata verborum congerie, ſed ſpeciali & expreſſa denominatione transfertur l.fi.§.fi.ff.de officio eius Bald. in cap.1 §.fi. quib. mod. feud. amitta. neq. in general iuriſdictionis conceſsione, continetur, quæ fuit opinio Bald. Angel. Curt. Iaſſ. & aliorum quos refert Menoch. d. præſumpt.79.nu.23.& 24. ratio de ſumi poteſt ex tex. in l. item apud labeonẽ

169 §.ait prætor de iniur. Nam † ea quæ nota digna ſunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta, nec ſub generalibus & confuſis verbis veniũt, argu.tex.in l. obligatione generali. ff. de pigno.& in l.obligatione ff.quæ res pig. oblig. poſſ. quibus motus legibus ita ratiocinatur Bald. in c. quanto de

170 iudi. Quæ † fortius ſtringunt in regalijs, quæ adeò inhærent perſonæ Principis vt auelli ab ea vix queant, vt ſcribit Boer.q.50.nu. 13. & ideò in generali conceſsione iuriſdictionis non continentur, cum neceſſaria ſit ſpecifica regalium nominatio Valaſc. in l. imperium, de iuriſd.om.iud. probatq. tex.in c.1. quæ ſint regaliæ, quem ad hoc in pulchra quæſt.idem Valaſc.perpendit de iure emphy.q.8. a num. 34. Boſſi.titu. de regal. alios adducens n. 28. Alberi in l.fin. in fin. C. de iuriſd. om.iudi.& in l. quoties C. de precib. Impera. offer. Peregrin. de iure Fiſci lib.1.tit.2.nu.75. quæ in iuriſdictione

171 veriora videntur, cum † ea adhuc facta conceſsione regalium non veniat, quia nõ includit conceſsionẽ meri & mixti imperij vt Boſſ. concludit in titu. de regalijs nu.18. quod non euenit, propterea quod inter Regalias non computetur, cum id omnes fateantur, ſed quia pendet ab imperio. Hæcque præcipue militant in noſtro caſu quia de ijs rebus agimus, quæ ſpecialiter Principi reſeruatæ ſunt, ideoq. ex-

præſ-

presionem requirebant specificam & indiuiduam d.c. 1. quæ sint regaliæ Nat.consi.487.num.13.Valasc.de iure emphy.q.8.num.34.

Quod si verissimum est prout ex præcedentibus liquet, iurisdictionem sub inuolucro verborum non comprę hendi, neque concessam censeri, imò necessariam esse specificam & indiuiduam mentionem illius: quis porrò asserere non verebitur, verba supra relata dicti priuilegij, clara & aperta esse, ad transferendam iurisdictionem in Villam Alcagnicij, vel vnionem inducendam? Dicere enim, *Que los homes de las Aldeas no tengan Iusticia entre si, mas que vengan todos ante el Iusticia de Alcañiz, à determinar sus pleytos*, non infert, neq. inducit aliquam iurisdictionis seu exercitij concessionem. Nam bene stat, quod homines Aldearum non habeant Iustitiam, seu Iudicem ordinarium inter se, & quod iustitia Alcagnicij iurisdictionem exerceat, nomine Regis prout in proprijs terminis not. Suarez alleg. 7. in §. prætereа, ibi, *& sic licet incolæ siue vicini dicti loci de Herrera fuissent ad iudicium in dictam Villam de Palençuela, ad hoc non stabat nec residebat iurisdictio apud dictam Villam, sed apud Regem & eius Magistratus & officiales*, vnde infert, quod Rex suam iurisdictionem potuit concedere & donare, prout & nunc potuit, tanquam dñs & proprietarius iurisdictionis, dicta clausula non ob-
172 stante: quia † non probat hoc esse quod ab hoc contingit ab esse l. non hoc vbi Bald. numer. 7. C. vnde legit. & in l. neq. natales nu.3. C. de probat. notant DD. in c. in præsentia de proba. Quomodo igitur Villa Alcagnicij possit in his verbis suam fundare intentionem, non video: præsertim contra dñm Regem, qui de iure & de foro dñs iurisdictionum est, fundatissimamq., (vt ita loquar) suam intentionē habet. Et quomodo conclu-
denter & per necesse probabit prout †
173 de iure requiritur, secundum communem DD. resolutionem in d. c. in præsentia, nec sufficit per possibile, quia probatio vera nunquam concludit per possibile: secundū Bald. in l. ad probationem. 22. C. de probatio. si verba prædicta, in quibus ius suum consistere fatetur, adeò obscura sunt & translationem iurisdictionis seu maius vnionem minime de notātia. Quibus in confirmationem addo alia in principio dictæ Gratiæ adiecta, ibi, *Y la jura dellas que la reciba nuestro Iusticia de Alcañiz*: vt nihil valeat dubitationis superesse, quod Iustitia Alcagnicij est dñi Regis, seu Comendatoris Calatrauæ quo ad iurisdictionis proprietatem & exercitium: nam † qui do-
174 minum dicit, liberam disponendi facultatem ostendit, ex definitione dominij a Bart. in l. si quis vi. §. differentia ff. de acq. poss. tradita, quã m ibidē Alciat. defendit, approbantq. Duran. lib. 1. disputatio c. 17. & Conan. libr. 3. c. 3. in prin. idem etiam corroboratur per priuilegium Raymundi Berengarij Principis Aragonum, per partem aduersa exhibitum, dum inter alia dixit, *Faciant ibi directam ante meam iustitiam*, vbi appellat suam iustitiam, iudicem ordinarium Villæ Alcagnicij:
175 meum † autem proprie dicitur quod est meum simpliciter & non solū pro parte sed etiam in totum, Ioan. Andr. in c. fin. de verb. signif. in 6. sequutus glos. in l. id quod nostrum ff. de reg. iur. quam etiam sequitur Bart. in l. serui electione. §. fi. ff. de leg. 1. per tex. in l. illud ff. de ritu nuptia. Alex. cons. 195. nu. 1. lib. 7. explicat optime Dec. in d. regul. id quod nostrum nu. 4. dicens quod res communis bene potest dici mea, per fictionem, sed non proprie. Confirmata igitur & satis super que fulcita & corroborata manet nostra sententia, quod scilicet per huiusmodi priuilegium nulla in Villam iurisdi-

risdictio fuit transfusa, & verba ad hoc significandum nedum clara & aperta, sed neque vllo modo apta fore.

Ex his infero argumentum efficax & concludens a minori ad maius, seu a fortiori, quod validum, frequens & vtile est, secundum Euerard. in loco a minori, illudq. de sumo ex cõparatione huius causæ cum illa quæ agitata & ventilat fuit inter Villam de Sariñena & Villam de Castejon, nam in concordia pro parte Villæ exhibita, erat quædam clausula verba multo aptiora ad translationem iurisdictionis continens, scilicet, *Las quales personas el dito señor Rey los crea por Iusticia Bayle y Regente, en la forma y manera susoditas, dan les toda aquella jurisdictiõ, poder, fructos, dreytos emolumentos, gracias & honores, que entro al dia de oy han acostumbrado tener.*

Sed non obstante dicta iurisdictionis specifica & expressa de nominatione, declaratum & pronuntiatum fuit, iurisdictionem concessam non videri, neq. a Regia Maiestate abdicatam: a fortiori ergo idem in nostra specie dicendum est, vbi nullum verbum quod iurisdictionis seu exercitij concessionem præ se ferat offenditur. Præterea in illa causa Villa de Sariñena habebat ius nominandi tres personas, ex quibus vnam dñs Rex eligebat in iustitiam dictæ Villæ & Aldearum, quæ exercebat iurisdictionem in illas. ex quo ius liberum dño Regi competẽs, nominandi & creandi iustitiam pro libito voluntatis. erat restrictum & limitatum, saltem eo respectu vt ex tribus eligat vnum. Nihilominus tamen non inferri ex eo ad iurisdictionis & territorij concessionem ac dismembrationem, tunc pro constanti fuit habitum, tanquam ad iura diuersa & separata, (videlicet quod prohiberetur erigere in Villam Regiam Locum de Castellon cum assignatione territorij respectu iurisdictionis tantũ) nec possessionem respectu vnius iuris, scilicet nominandi personas nactam & acquisitam, suffragari posse Villæ de Sariñena, respectu iuris diuidendi territoria quo ad iurisdictionem: quod integrũ & illæsum dño Regi reseruatum fuisse censuerunt. Et hic fuit scopus vnicus & singularis illius contentionis & controuersia. Sed cum Villa Alcagnicij omnibus his præsidiis & ornamentis maneat destituta, hocq. valde fragili debiliq. priuilegio tantum fulciatur, in quo nec verbum vllum ad intẽtionem suam probandam aptum reperitur: dubium nemini videri posse existimo, quin clarius hic iustitia veritasque præfulgeat. Quod si forte ad vnionis & incorporationis terminorũ præsidium confugiat, contendens eam ex eiusdem priuilegij verbis productam, vel alijs quæ in priuilegio seu carta D. Raymundi Berengarij Comitis Barchinone super donatione terminorũ, districtus ac territorij continentur: e-
tiam in his conuicta proculdubio ma-
174 nebit: tum † quod vnio prout res gra
uissima, specificis & claris verbis erat
exprimenda, ex rationibus & auctori
tatibus supra adductis: & in specie pro
bat infinitis relatis Borgni. in reperto.
1. par. decis. ver. vnio num. 7. & 27. tũ
etiam quia ex vnione ad iurisdictio-
nem inferri nequaquam potest. Quia
175 † vnio stricti iuris odiosaq. est, c. ma-
ioribus de præben. Dec. cons. 233. col.
2. Crauet. cons. 258. nu. 10. Rota. 1. de
excessib. prælato. in nou. Nec mirum
cum sit alienatio Rot. decis. 1. & 2. n. 3
de reb. Eccles. alienan. in antiq. ac præ
serrim quia diuisio † & vnio inuicẽ
176 se non impediunt, quoties diuisio ad
diuersum tendit effectum, prout Abb.
& alij notant in c. 1. ne sede vaca. Fe-
dericus cons. 111. num. 7, quem refert
& sequitur Rebuf. in praxi benefitia
tit. de deuolutio. num. 31. Et sic dismẽ-
bratio & separatio recte atq. legitime

fieri potuit, nam vnio quo ad territorium, terminos & iura pascuorum ad iurisdictionem extendi nō debet, quia dismembratio iurisdictionis iuri dictę Villæ atq. vnioni terminorum non derogat, neq. in aliquo detrahit, imo agitur de iure quod penes Regem dismēbrantem residebat, hecq. iura diuersa sunt, neq. ex vno ad aliud infertur l. Papinianus exuli de mino. cum vulga. Et quamuis ex dicta diuisione & separatione, diminutio territorij sequatur, quia tamen non principaliter, sed accessorie & in consequentiam venit, cū diuisio non fuerit principaliter facta ad diminuendū territoriū Villæ Alcagnicij, non erit in cōsideratione, neq. attendi debet ex reg. tex. in l. si quis nec causam, ff. de reb. cred. Accedat prædictis, quod nihil † habet commu
179 ne proprietas fundorū cum proprietate iurisdictionis, & translato vno, reliquum translatum non censetur. Aliud est enim habere dominium terrarū: aliud habere iurisdictionem & districtum, vt inquit Bald. in c. 1. §. fin. per illum tex. nu. 2. quib. mod. feud. amitta. & cons. 238. lib. 4. & † iurisdictio
180 ne concessa, non censetur concessum territorium, vt ex Purpura. & Bald. not. Boer. decis. 227. n. 8. Quia posśūt hæc apud diuersas personas reperiri, Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 9. nu. 8. vbi distinguit dominium iurisdictionis a dominio locorum iure vniuersi
181 tatis & dominio particulari, & ideò † translatio super territorio non extenditur ad iurisdictionē Socin. Iun. cōs. 139. n. 6. vol. 3. Bertazol. cōs. 1. a nu. 96 in ciuilib⁹ nec sententia † super vno,
182 præiudicat respectu alterius, vt post Alex. & DD. in l. sæpè. ff. de re iudi. resoluit Auend. de exeq. manda. par. 1. c. 5. nu. 10. Neq. in hoc amplius immorādum est, cum ita fuerit receptum & practicatum in dicta causa Villæ de Sariñena, vt motiua demonstrant.

Quartò, quia aduersarij fatentur, per huiusmodi priuilegium non fuisse translatam iurisdictionem, neq. exercitium illius in Villam de Alcañiz, & sic non agi in hoc processu & causa de alienatione iurisdictionis, quia illa sēper remansit penes illum, cuius ante priuilegij concessionem erat, & hodie etiam apud eundem remanere asserunt: & concessionem in dicto priuilegio contentam, modum formamque duntaxat exercendæ iurisdictionis respicere, neq. de alienatione iurisdictionis Villæ & Aldearum tractari, quia nulla religionis bona alienata & distributa fuerunt, sed modus solū præscriptus, erigendi scilicet iudicij tribunal in Villa Alcagnicij, vbi perpetuó Iustitia Villæ & Aldeis administraretur, iusq. suum vnicuiq. tribueretur. Et ex hoc modo & forma iurisdictionis exercendæ, vnionem inferunt territorij Villæ & Aldearum, prout hæc omnia videri possūnt in cedula triplicæ partis aduersæ, per plures atticulos, sed præsertim art. 21. & 22. Cum igitur ingenue fateantur se non habere iurisdictionem, neq. exercitium: in cassum laboramus, verbaq. innanitèr circa hoc effundimus. Quod attinet verò ad modum & formam in dicto priuilegio (vt ipsi asserunt) de nouo cōcessam, vnde id deducatur nescio: tum quia verba illa, *Que los homes de las Aldeas no tengan Iusticia entre si, sino que vengan ante el Iusticia de Alcañiz*; erectionem & constitutionem tribunalis minime inferunt, neq. specificè prout requiritur, exprimūt. Nā generalia & obscura, confusaq. verba ad hoc non sufficiunt: prout supra multis comprobauimus: & multo minus ordinem & formam noue concedi, dicendum est, propter clausulam illam generalem in fine priuilegij appositam, *Et todas estas cosas sobredichas damos a vos y a los vuestros, & otorgamos para todos tiempos que las vsedes como fasta aqui.* Nam † clau-
183 sula generalis in fine posita ex sui natura

tura refertur ad omnia præcedentia, Bart in l. si idem ff. de iurisdict. om. iudi. & in l. talis scriptura in fi. ff. de leg. 1. & est communis opinio omnium DD. secundum Flami. Parif. de resig. benefi. lib. 8. tom. 2. q. 7. nu. 71. & ver-
184 ba il la, † *Que las vsedes cemo fasta aqui.* Sunt limitatiua & restrictiua, vt not. Bart. in extrauag. ad reprimendã ver. prout, & sic limitatum producunt effectum vulga. l. in agris de acq. rer. domi. nempe vt nulla iurisdictio, nullus modus, nullaq. forma videatur concessa, præter illam, quæ iam ante dictum priuilegium competebat. Vnde potius confirmationis effectum, quam nouam concessionem operantur, nullumq. nouum ius tribuunt: confirma-
185 tio † enim addit, sed non extendit Bald. in l. aduersus in fi. C. si aduers. rẽ iud. Paul. Castr. cons. 134. notandum est in prin. Cuman. cons. 97. Alexan. cons. 122. col. 6. lib. 4. Corne. cõs. 178
185 lib. 1. addit, scilicet confirmationem, nõ aliquid de nouo, Bossi. de Principe n. 348. est enim confirmatio † ad aliud relatio, & pendet ex illo tanquam substantiali l. Aurelius. §. testamento ff. de libera. lega. per quem ita dicit Bald. in c. 1. num. 2. qui successo. feud. dar. tene. quæ verba ad vsum relata cũ sint facti, & facta non præsumantur, nisi probentur l. si mancipati C. de colla. onus probãdi huiusmodi vsum in partẽ aduersam transferũt. Et multo minus vnio ex dictis verbis inferri potest, quia vt res magni momenti, & odiosa, specifice erat declaranda ex notat. supra, nec sub inculcatione verborum, abdicatio iurisdictionis in Rege induci potest, quæ in dubio non est præsumenda.

Quinto, quia quomodocunq. dictũ priuilegium interpretemur, siue ad iurisdictionis permissionem & concessionem, siue admodum, formam, ordinemue illius exercẽdæ, illud iuxta partis aduersæ votum ac desiderium, citra veritatis præiuditium, protrahamus: adhuc ex eo colligi nequaquam vlla ratione poterit, sublatam ademptãq. fuisse Regi nostro diuidendi, ac dismembrandi facultatem, sibi ipso iure competẽtem. Nam quicquid sit, quod per priuilegium prædictum indulgetur & impertitur, sub illis verbis tantũ & nõ sub vllis alijs cũpræhenditur, *Que los homes de las Aldeas: &c.* Quæ verba appellatiua sunt, impersonalia, & qualitatem quandam nomini adie-
187 ctam exprimentia. Et tunc succedit regula, de qua per Bart. in l. ex facto, num. 1. ff. de vulga. quod † qualitas adiecta nomini determinans verbum, a quo dispositio sumit effectum, adeò restringit & limitat dispositionẽ, quod cessante qualitate, cessat quoque dispositio: sequitur Imol. ibi col. 1. vers. nota quod qualitas, idem Bart. in l. tutellas in prin. ff. de capi. diminu. inquit, quod aliqui sub nomine appellatiuo conceditur eo cessante, cessat concessio, additque in l. si ita stipulatus ff.
188 de verbor. obligat. duo exempla, de commissione facta alicui, quæ illo mortuo vel aliter desinente esse iudicem cessat, & de mandato facto alicui vt hæredi, quod expirat si hæres esse desierit: sequuntur Alex. & Iass. ibidem, vnde † priuilegium datum nomini seu propter nomen cessat cum ipso nomine: prout Salicet. dixit in l. fin. num. 2. C. de inoffi. testam. quem refert Petr. Surd. decis. 39. nu. 5. & decis. 85. num. 4 & decis. 222. nu. 10. 11.
189 & 12. quibus in locis, alia plura appositissimaque exempla in huius sententia confirmationem subnectuntur: de iuramento de obediendo Imperatori, quod intelligitur, dum est Imperator, de pacto in ito cum emphyteuta, quod extinguitur finita emphyteusi, & alia similia: quorum † omniũ illud præstantius huiusq. causæ decissioni aptissimũ videtur, quod in d. decis. 39. num. 8. idem Surd. ex Boss. in-

tit.

nota ... 19. n. ... mirabilem d. ... abb. notab. ...

tit.de Principe numer.344. refert,de priuilegio Regi Francorum concesso, dum esset Dux Mediolani de subditis Mediolanensibus ad Curiam Romanam non trahendis, quod expirauit, quando Dux Mediolani esse desijt, quia tandiu erat duraturum, quandiu ipse Rex Franciscus permaneret in Ducatu, ex aggeratq. hoc dictũ idem Boss.num.345.Subdens,quod tale priuilegium non extenderetur ad Cæsarem, Regis Francisci in Ducatu successorem, quamuis maior in eo ratio
190 quam in Rege militaret,quia † in priuilegijs non fit extensioni locus vnius personæ ad aliam ex eadem vel maiori ratione secundum Anto.de Butr.in c.sanæ de priuileg.per illum tex.Dec. in reg. in omnib⁹.causis id obseruatur num.6.ff. de reg. iur. vbi exemplis id ipsum illustrat & Bald. in prin. C. de legib. not. rationem adducens,quare extensioni locus non sit in priuilegijs,
191 quia † sunt stricti iuris, ideoq. latam respuunt interpretationem l. si quando C.de inoffi.testam.c.1.& 2.de priuileg.in 6. c.quod alicui gratiosè, de reg.iur.in 6.& secundum huius Regni foros idem expresse cauetur in obser. item super de citatio. fol. 9. & tenent Molin. in Reperto. in ver. ganatum fol.164.col.1. docet Archidiaco. in c.frater 16.quæst.1.plura pro more adducens, Tiraq.de retract.ligna.§.1.
192 gl.9.nu.184.quod † maxime procedit quando agitur de preiudicio tertij,prout hic quia tunc nõ solũ stricte,sed strictissime interpretanda sunt,secundũ Innocent.in cap.dudum post princ.de priuileg.refert & sequitur Abbas cõs. 57. nu. 4. & in pulchro casu idẽ tenet Menoch.cons.75.nu.26.Vnde manifestissimè deducitur,priuilegium hoc, quo homines oppidorũ, sub hoc vocabulo, *de las Aldeas*,coguntur in Villam Alcagnicij Iustitiæ complementum petituri confugere,intelligendum necessariò fore, dum Aldeæ extiterint: exponendaq. sunt illa verba,*delas Aldeas*,idest quæ nunc sunt, vel in futurũ erunt Aldeæ: ita quod finita & extincta hac qualitate,sub qua Gratia concessa fuit, priuilegium etiam peremptum extinctumq.censeatur:& cessante dicta qualitate in aliquo prædictorum oppidorum, prout in casu nostro cessat,per erectionem & creationem Villarum, cesset etiam omnino quò ad eas priuilegium,non tam per viam reuocationis seu rescisionis illius,quã per exemptionem & cessationẽ: quia videlicet verba illius in hoc casu cessant, quem compræhendere secundũ rectam iuris dispositionem, inspecta illorum proprietate & significatione, nequeunt.

Et confirmantur supradicta per regulam a cessante causa, quæ etiam in
193 priuilegijs viget,nam † cessante causa priuilegij cessat priuilegium, text. in l.athletæ.§. 1. & l. Geometræ & l. idẽ Vlpian.ff.de excusatio.tuto.&alia iura.allegat. Tiraq.in d.regul.cessante causa num.210.quam postea declarationibus quibusdam exornat,illam inter alias subiungens num. 217. quod
194 mutatione personę, † quę est immediata causa priuilegij extinguitur priuilegium l.1.C.de imponẽ. lucrati. de scrip. lib. 10. Idemq; mutatione loci vel qualitatis personarum, cuius contemplatione priuilegium immediate fuit concessum, procedit sine dubio, tum quia eadẽ omnino militat ratio, ergo idem ius l. illud ff. ad l. aquil. cũ
195 vulga. tum quia † qualitas requisita in aliquo actu omni tempore concurrere debet Flami Paris de resig. benefi. lib.12.q.6.in prin.vbi Bal. & alios allegat eaq; debet ante omnia probari Felin. in c. ex parte el. 1. num. 25. de rescrip. Alex,cons. 1. num. 28.vol. 3. Socin. cons. 57.num.8.vol. 3. Osasc. decis.20.num. 9. plures congerit decisio. Florenti. 40.in prin. His omnibus accedat,quod Bal.tradit in l.

in l. humanitatis C. de impube. n. 29. quod quando † qualitas requirit perseuerantiã, non sufficit inesse a principio, & idem quando habetur loco finalis causæ, quia tunc cessante causa cessat effectus, atq. etiam si requiratur loco fundamenti & existentiæ, prout in nostro casu. Nam homines Aldearũ ideo cogebantur ire ad Villam Alcanicij, quia erant eius Aldeæ, cessante igitur ista qualitate, cessabit etiam dispositio, quia † est qualitas non solum demonstratiua sed substantialis & sine qua non, de qua loquitur Bal. in l. 3. C. de relatio. num. 3. Fomentatur hoc ex proprietate & natura huius verbi, *Aldea*, † quod est vniuersale, vt Ioan. Andr. post Hostien. in c. ex literis de iure patro. tradit, inquiens, Villam & Castrum nomina esse vniuersitatem designantia, quos refert & sequitur Suarez alleg. 6. in vers. inde est quod Ioã. Infertur igitur ex supradictis quod priuilegium seu Gratia per diminutionẽ & cessationem huius qualitatis, cessauit & expirauit.

196

197

198

Sexto id ipsum vrgentissima & cõcludenti ratione comprobo. Nam † augmenti & diminutionis æqua & naturalis est proportio, vt scilicet ad quẽ augmentum pertinet, ad eundem per contrarium diminutio incumbat, prout in materia ista argumentatur Vlpia. in l. 1. in prin. ff. ad Trebell. & post Celsum Martianus in l. scribit Celsus ff. eo. l. id quod in prin. ff. de pericu. & commo. rei vend. l. 3. ff. defun. instru. Brun. de augmen. concl. 4. & 5. Rom. cons. 469. num. 5. Et proportionem hanc naturalem appellaui, quia † secundum naturæ regulam & dictamẽ, quem commoda sequuntur, eundem quoq. incommoda tenent l. secũdum naturam ff. de reg. iur. nec ferẽdus est qui lucrum amplectitur onus autem subire recusat, vt dixit Imperator. l. vni. §. pro secundo C. de cadu. toll. & vbi est periculum ibi & lucrum collocetur l. manifestissimé. §. sed cum in secundam C. de fur. Inde fit quod priuilegium † iurisdictionis alicui communitati vel Villiæ in subditos & incolas cõcessum auctis postea incolis, omnes quotquot fuerint sub eadem iurisdictione & priuilegio compræhendentur, prout extat hac de re Baldi sententia in l. cum fundus ff. de leg. 2. vbi inquit, quod si Imperator exemit Castrũ & illud Castrum postea crescat & efficiatur ciuitas, totum hoc fit exemptũ, quod Bald. dictum refert sequiturque Couart. in practi. c. 2. & immunitas cõcessa Castro & Villis, extenditur ad Villas postea vnitas. Auiles in c. prætorum ver. Islas nu. 8. Idem igitur ob naturalem augmenti & diminutionis proportionẽ, in diminutione sine dubio dicendum erit, vt scilicet incolis decrescentibus, vel aliàs a iurisdictione exemptis & liberatis, decrescat etiam & diminuatur iurisdictio & priuilegium: & dismembrato ac separato aliquo oppido, illud non subiacebit iurisdictioni Castri, vel Communitatis: prout contingit quotidie in vicinis & incolis alicuius oppidi vel ciuitatis, qui si mutauerint domicilium, & aliò se receperint, pro debitis vniuersitatis capi non poterunt, quia iam non sunt de Vniuersitate. & hoc per dictam regulam cessante causa. Et quod in nostro casu id sine difficultate procedat, addẽdum censeo, hoc nomen *Aldeas*, esse nomen collectiuum, prout grex, peculium hæreditas & alia huiusmodi, de quibus Roman. d. cons. 469. nu. 5. sed multo melius Alex. cons. 178. n. 11 vol. 2. dũ inquit, quod † vbi dispositio fit per nomen collectiuũ seu vniuersale comprehendit etiam augmentum superueniens de futuro l. peculium in prin. ff. de lega. 2. l. grege ff. de leg. 1. cũ alijs per eum congestis. Qui videndus omnino est, a num. 11. vsq. ad nu. 20. quia plura in confirmationem huius sententiæ recenset, de dispositionibus

199

200

201

202

I sub

sub nomine collectiuo factis, ad futura extendendis: sed potissimum n.14. 203 de priuilegio † Ecclesijs Ciuitatis Bononi. concesso, quod extendatur ad Ecclesias expost facto constructas: idem asseuerat Guido Papæ decis. 265. de priuilegio Ciuitatis, quod trahitur ad Villam quæ illi postea addita fuit. Et in propria specie nostra, idem experiētia cōstat: quia oppidum de la Coma, (de cuius etiam dismembratione respectu iurisdictionis ciuilis in præsenti disceptatur) non fuit in dicto priuilegio D. Petri Ybañez comprehensum: sed post illius concessionem adiunctū & aggregatum reperitur. Quare igitur Villa Alcagnicij illud hodie segregari & separari patienter non sustinebit? Cum secundū naturæ leges æquo animo id perferre cogatur?

Septimo, quia per dismembrationem a Rege nostro factam, nullū præiudicium, quantumuis leue ac parui momenti Villæ Alcagnicij infertur. Nam cum territoria & iurisdictiones diuidere, ad Regem tanquam ad proprium illarum dominum spectet, quia est de supremis regalijs eiusdem, vt docet Auenda. de exeq. manda. par. 1. c. 1. in prin. Couar. pract. 1. num. 2. & DD. communiter in l. si eadem ff. de offic. assess. iure suo proprio & tā peculiari vtēdo, nemini iniuriam irrogare, neq. præiudiciū parere potest. l. 1. §. filio. ff. ad Tertyl. Et quanuis iurisdictio seu exercitiū cōpeteret Iustitiæ Alcagnicij (quod penitus diffitemur) adhuc ex diuisione territorij nullū cōsiderabile detrimentū subsequeretur. Quia licet de iure potestas eligēdi Prælatū ad capitulū Ecclesiæ Cathedralis spectat 204 si tamen † Summus Pontifex vellet Diœcesim diuidere, & ex vna duas erigere & constituere iuxta tex. in c. & temporis qualitas & c. postquam. 16. q. 1. & in c. sicut vnire de excessib. prælat. capitulum non posset hoc impedire ratione inter esse considerabilis adem

dicendum est in Principe, qui etiam diuidere Prouincias potest, vt in l. 1. C. de Metropo. Bery. & omnes in d. l. si eadem. Et ideo ex separatione territorij per eundē facta nemo cōqueri iure potest, ex ijs quæ not. Anchar. ex auctoritate Calde. ab eodē relata in reg. accessoriū, de reg. iur. in 6. & in casu fortiori probat Hippol. Rim. cōs. 6 or. num. 111. vbi concludit, valere separationem & dismembrationem de qua ibi, quia non poterat considerari aliud præiudicium quam respectu condemnationum: quod erat leue & parui momenti: & quia illud in consequentiam & non principaliter inferebatur: ideo non erat attendendum iuxta legem si quis nec causam, de reb. cred. Cagnol. in l. id quod nostrum ff. de reg. iur. num. 16. Anto. Gabr. in suis comu. tit. de iure quæsi. non toll. concl. 1. nu. 26. Et si † emolumenta consideremus,
205 (quæ iurisdictionis fruct⁹ sunt Bellug. in specul. rubr. 23. in prin.) illud inter esse quoddam secundarium & minus principale est, quod neq. in Aragonia attenditur, neq. de iure in hoc casu æstimatur, quia in iudicandi munere onus
206 † (quod est exercitium iurisdictionis, Bellug. vbi supr.) principaliter ponderatur: Paul. Castre. in l. beneficio ff. ad l. falcid. vbi optima apostilla: & Imol. atq. Alex. ibidē. Et hæc sententia præualuit in causa præmemorata de Sariñena: vbi ius nominādi tres personas, ex quibus dñs Rex eligebat vnam officio iustitiæ obeundo aptam, quæ iurisdictionem exercebat in toto territorio Villæ & Aldeatum non fuit pro inter esse considerabili reputatū, quāuis dictæ personæ erant vicini eiusdē Villæ. Hic verò nihil reperitur, in quo possit dicti præiudicij ratio consistere: cum in Villa Alcagnicij sit vt plurimum iustitia extraneus, dum modo sit regnicola, & neq ius nominandi neq. iurisdictionem, neq. exercitiū habeat: prout in cedula triplicæ fatētur: sed solum

lum modum & formam, prout supra dixi, prætendat: & respectu huius formæ, seu modi quod interesse posiit Villa probare, latet me quidem: cum etiā diuisione territorij respectu iurisdictionis, erectioneq. Villarū præsupposita: idē tribunal & cōsistorium iustitiæ, in eadē Villa & domo remāeat, eademq. iurisdictio numero quę antea erat: etiā demptis Villis de Alcorisa & & Cretas, & oppido de la Çoma: & quamuis non tam latè pateat, diffundatur ac dilatetur, prout antea, hoc nullius momenti neque considerationis existit: Quin potius emolumenta ipsa, quo ad quotam integra & sine diminutione conseruantur: vt omnino prę cludatur aduersarijs via, quoduis vel minimum interesse seu præiudicium allegandi.

Octauo & vltimo, poteram hic multa de defectu acceptationis huius priuilegij recensere, instituto nostro non parū accomoda, quia priuilegium nō acceptatum reuocari potest, vt latissime probat Pelaez de maioratu par. 1. q. 68. per totam: necnon & de immemoriali possessione, seu præscriptione per aduersam partem obiecta, respectu exercitij & administrationis iurisdictionis, in omnes vicos & oppida, siue Aldeas dictę Villę. Sed quia in hac propria materia hęc decisa, & declarata reperiuntur in causa Villæ de Sariñena: operæpretium erit, de eisdē non longa disputatione differere: ex motiuis enim apertè deducitur, nullo temporis spatio posse iurisdictionem aduersus dñm Regem præscribi, cū eius nomine exerceatur, ex meraque illius facultate & permissione, possessio dictæ Villæ penderet. prout & de iure cō stitutissimum est.

TERTIVS Articulus.

SEd iam receptui canamus oportet, neq. vlterius disputationis habenas relaxemus: cum longius quā par erat in præcedentibus progressi fuerimus: quare ad reliqua properātes, ea in pauca contrahere conabimur. Iam in superioribus ostendimus, quodlibet priuilegiū etiā si in contractū transierit, ex causa reuocari posse, ꝙ procedit quāuis iuramento fuerit stabilitū, tradunt cōmuniter DD. in c. quę in Ecclesiarum de consti. c. in nostra de iure iur. latissime Gabr. de iure quæsi. nō toll. concl. 2. concl. 5. & concl. 6. supr. iam allegatis cum mille alijs. Nam † priuilegiū
207 quantumcunq. validum, iustum, legitimum & solemne, si ex post facto damnosū esse incipiat, reuocari potest: maximè si vtilitati publicę aduersetur l. si quis in graui. §. vtrum vers. is quoq. ff. ad Syllania l. iubemus nullam, ibique Baldus in 2. notab. C. de sacros. Eccles. l. ꝙ semel ff. de decre. ab ordi. faciēd. Valasc. consulta. 58. nu. 6. Bellug. rub. 2. nu. 4. & in terminis tenet Ruin. cōs. 230. num. 4. lib. 1. Gozadi. cons. 5. n. 16 Felin. vbi plura congerit in c. causam num. 17. de rescrip. Afflict. decis. 361.
208 nu. 10. Et probatur † de iure nostri Regni per for. vnic. de secun. confirmone. & per for. de augm. & cuditione. in quibus expresse hoc idem statuitur, in hæc verba, *statuta quæ sunt facta vel priuilegia, si a principio fuerint bona & vtilia, si incipiant esse damnosa, debent licitè mutari in melius, vel etiam reuocari.* Quæ iura Molin. allegat in verb. priuilegium fol. 264. colu. 4. in princ. Eadem quæ sententia Theologis DD. probatur, vt constat ex S. Antonin. in sum. 2. par. tit. 10. §. 4. & D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 3. Imó priuilegium aduersus publicam vtilitatem subsistere nulla ratione potest: prosequitur latè Bursat. cons. 162. a nu. 16. Vnde fit, quod hæc a DD. causa tanquam iustior & principalior approbetur. Nec mirum, cùm de intrinseca ratione & essentia legis sit, publicum cō cernere bonum, publicamque vtilitatem

tem respicere l. 1. ff. de legib. l. 1. de vsu cap. l. 1. §. huius studij ff. de iust. & iur. c. erit autem lex, 4. dist. & iuxta illud Cicero. de inuen. *qui leges scribunt, vtilitatem Reipub. proponere sibi debent*. Vnde non solum priuilegium, quod legẽ priuatam interpretamur, verum etiã lex generalis & vniuersalis, si publicæ vtilitati aduersetur, reuocationi perẽptioni, extinctioniq. subiacebit: & quasi ad non esse redocetur ac resoluetur: cũ saucia quodãmodo & volnerata existat vulnusq (vt Virg. ait) venis alat. Et si licitum est ex causa leges transgredi, secundũ Innoc. in c. 1. de constitu. Bal. in auth. sed nouo iure numer. 5. C. de seru. fugiti. Panor. in c. inter alia, in colum. de immunit. Eccles. Cyn. in d. authe. sed nouo iure, Angel. in l. quod si nolit. §. quia assidua ff. de edil. edic. Iass. in l. 1. 2. col. C. de præscrib. Impera. offer. quare etiam & leges particulares, scilicet priuilegia, iusta subsistente causa, transgredi, reuocare, rescindere que non licebit? Quæ omnia cum ob oculos proposita Rex noster summus habuisset assiduaque mentis agitatione perpenderet damna & incommoda maxima, quæ ex prædicti priuilegij obseruatione & ad implemento oriebantur, diligenti præhabita inquisitione ad sui animi informationem, necnon & supremi Regij senatus præ maturo cõsilio ac deliberatione præcedenti tot tantisq. ærumnis medelã adhibere vehementer exoptans, subditorumque humilium ac fidelissimorum saluti & incolumnitati prospicere, eos fauoribus, prærogatiuis & exemptionibus contentis in priuilegijs in hoc
209 processu exhibitis decorauit. Nihil enim magis Principem decet, nihil † magis ipsi proprium ac peculiare est, quam bonum publicum & suorũ subditorum vtilitatem quærere, vt habetur in prin. C. constitu. in fin. vbi DD. notant, & in tit. de Iustinia. C. confirman. in fin. l. Imperialis in prin. C. de nupt. & in prohem. 6. traditq. Burgos de Paz in ll. Taur. in prohem. a num. 440. & Plini. in Panegidico eleganter id ipsum expressit, dicens, *Optimus quisque Princeps eniti debet, vt possit se quo que Reip. prosit*. Et cum huic subditorũ vtilitati salutique consulere intenderet, idque faciliori expeditioriq. via, quam per dictarum Gratiarum concessionem fieri non posse animaduerteret, iure suo proprio vtens, quo Castrum a Castro, oppidũm ab oppido separare & vnire potest, ad separationem, diuisionem, & dismembrationẽ territorij seu terminorum respectu iurisdictionis processit & Villas de Alcorisa & Cretas, necnon & oppidum de la Çoma a Villa Alcagnicij eiusque territorio, districtu ac iurisdictione præcidit: sequutus pulchram doctrinã Ioan. Andr. in additio. speculato. quã refert Suarez alleg. 7. in fin. loquens de quadam villula, seu parua Villa quę infra territorium ciuitatis, Castri vel Villæ cui immediate subiecta erat existens, paulatim in magnum numerum incolarum excreuit: & inquit *quod si ciuitas vel dominus Castri vel Villæ, propter loci distantiam, vel hominum excrecentiam, vellet illam nouam Villam cum suo territorio facere, hoc possit: & tunc secunda illa Villa esset exempta a prima sicut de Prouincia diuisa dicitur in l. si eadem ff. de offi. Assesso*. Hisq. non parum astipulantur quæ tradunt Aymo. cons. 592. Rimin. Iun. 199. & pulchrius atque elegantius Menoc. cons. 264. vbi vrgentissimis probat rationibus, ex causa publicæ vtilitatis posse dominum nostrũ Regem separare ac diuidere Oppida & terminos respectu iurisdictionis, eademque in Villas erigere, & priuilegijs gratijs, alijsque prærogatiuis decorare. Quod autem in hisce immunitatibus exemtionibusque indulgendis & impertiendis, publicæ vtilitatis causa, rationeq. vrgenti motus excitatusque fuerit ex di-

ex dictorum priuilegiorum serie deducere licet, in prin. quorum tenores verbaque referre omitto, ne crescat in immensum sermo, quia in omnibus tribus priuilegijs causæ grauissimæ vt gentissimæque publicæ vtilitatis enuntiantur. In quibus tria illa concurrunt, quæ Menoch. d. consi. 164. num. 44. ad perfectionem causæ iustæ necessaria esse dicit, vtpote quod secundum æquitatem licita sit, conueniens secundum honestatem, expediens secundũ vtilitatem. Ad huiusque veritatis comprobationem illam duntaxat clausulam referre libuit in priuilegio Villæ de Alcorisa contentam: vt ex illa ad alias, in alijs priuilegijs expressas facillimo negocio inferri possit, & coniectura fieri. In hæc igitur verba potentissimus Christianissimusq. Rex noster Philippus prorumpit. *Nos vero qui locorum nostrorum incolarumque & habitatorum eorundem incrementum, vt par est, affectamus, similes gratias cum cedant in commodum, pacem & quietem vassallorum nostrorum, vt faciliorem præbeant iustitiæ administrationem libenti animo concedere solemus.* Ex quibus

210 verbis planè colligitur, tribus † præcipuè causis Regem nostrum motum & excitatum fuisse, ad huiusmodi Gratias elargiendas euidentis scilicet Reipub. vtilitatis, pacis & tranquilitatis, necnõ & facilioris iustitiæ exitus, quæ omnia breui comprehenduntur, ibi, *In commodum pacem & quietem vassallorum, & faciliorem iustitiæ administrationem.* Et in his causis exprimendis Principis assertioni superiorem non recognoscentis (prout est Rex Aragonum) standum est, vt ex Iacobi. de Sancto Georg. firmat Gramm. decis. 65. num. 64. vbi veriorem hanc esse opinionem asseuerat. Et si sola Reipub. vtilitas sufficiens DD. causa plenissimaq. visa est, ad priuilegij etiam iustissimi, & in contractum transacti atque transformati reuocationem ac destructionem: quid porrò statuendum, quid sentiendum erit, vbi præter illam, pacis & iustitiæ bonum fauorq. concurrit? Quæ nulla egent commendatione: quia ipsa se commendant. Et sic cum Psalmista dicere possumus: *Iustitia & pax osculatæ sunt.* Vbi igitur tam manifesta rerum ac veritatis testimonia adsunt, quid opus est verbis? Quid adhuc egemus testibus, de bono pacis eiusque eximia vi, & singulari virtute atque efficatia loquentibus? Et si Socrati vnus satis erat testis & auditur Plato, solo etiam nunc Ananiæ testimonio contentus ero, asseuerantis de communiq. attestantis, in c. audiuimus col. vlt. de

211 collusio. detegen. quod † beneficia aliàs indiuisibilia c. maioribus c. tuæ de præben. pro bono pacis diuidi possunt. Idem igitur de territorio respectu iurisdictionis diuidendo, potiori multo ratione dicamus oportet, prout in simili de diuisione iurisdictionis, pro bono pacis facienda loquens tenet Innocen. in c. prudentiam de offi. de leg. glos. fin. in c. licet 16. quæst. 3.

Quid plura? Tempus perfectò me deficeret, si quæ de pacis fauore scripta sunt, longo sermone comprehendere vellem: cum inmensis scribentium voluminibus & innumeris commentarijs, eius virtutes effectusque enumerentur. Quod si ad aliam causam, liberum iustitiæ exercitiũ respicientẽ, calamum conuertamus & facilioris eius administrationis fructus vberrimos prosequi experiamur, nunquã finem exitumue oratio nostra esset cõsecutura. Quare de his omnibus, veluti de Chartagine euersa, tacere præstabit quam parum dicere. Ex quibus & alijs quæ silentio breuitatis gratia inuoluuntur, harum partium iustitia clara, euidens, manifestissimaq. prælucet: dismembratio & diuisio sæpius mentionata iustẽ legitimèque facta appa-

K ret:

ret: ac tandem priuilegia præmemo rata, non obstantibus in contrarium adductis, in suo robore intacta illæsaque permanent: adeò vt causæ huiusmodi aleam subire, diuino auxiliante numine, haud pertimescamus: quod felix faustumq. sit.

D. Ioannes de Canales.





INDEX EORVM QVÆ IN HIS ALLEGATIONIBVS CONTINENTVR.

8

te ordinaria, ita similiter priuilegio.
35 Potestas absoluta in Aragonia nõ fuit cognita.
36 Princeps supremus priuilegium subdito concessum, quod in contractum transiuit reuocare nequit.
37 Priuilegium transit in contractum pecunia interueniente.
38 Vel ob benemerita concessum
39 Vel ob iustam causam.
40 Vel quando est cõmensuratum ad aliquod factum vel dationem futuram, vel præteritam.
41 Siue ad petitionem & importunationem partium.
42 Priuilegium in contractum transactũ & si ex causa lucratiua procedat, reuocari non potest.
43 Contractus duorum consensu perfectus vnius dissensu non dissoluitur.
44 Cõtractus vera definitio est, quod sit vltrocitroq; obligatorius.
45 Princeps si non obligaretur ex contractu, esset tanquam exul, cùm sit omniũ Præsul.
46 Contractus gesti cum Principe sunt bonæ fidei.
47 Princeps etiam supremus tenetur ad obseruantiam conuentionum & pactorum cum ipso initorum.
48 Deus non subiecit Principi cõtractus neq; rationis naturalis dictamen, & si leges subiecerit.
49 Princeps in contractibus vtitur iure priuati.
50 In contractibus non est locus clausulis de plenitudine potestatis.
51 Princeps non solum de iure gentiũ verum etiam de iure ciuili obligatur ex cõtractu inito cum subdito.
52 Successor Principis tenetur ad obseruantiam pacti & contractus sui prædecessoris.
53 Princeps priuilegium per quod translatum est dominium reuocare non potest.
54 Absoluta potestas quam supra ius ciuile habet deficit in Principe respectũ iuris gentium.
55 Princeps non potest tollere dominium alteri quæsitum, etiam si modus acquirendi sit de iure ciuili.
56 Distingunt interpretes inter modum acquirendi de iure ciuili, & acquirendi de iure gentium.
57 Doctores qui dictam distinctionem approbant referuntur.
58 Ludoui. Molin. de primogen. improbat distinctionem præfatam.
59 Arias Pinelus communem opinionem huius distinctionis fautricem reprobat.
60 Priuilegium non subdito concessum reuocari non potest.
61 Priuilegium simplex non subdito concessum transit in contractum.
62 Princeps aduersus non subditũ nõ vtitur clausula de plenitudine potestatis.
63 Aragonenses respectu absolutæ potestatis Regi non subsunt, salua sua clementia.
64 Rex noster eo solum respectu supremus dici nequit, quia se ipsum & Curiã generalẽ simul superiorẽ recognoscit.
65 Penes Regem & Curiam generalem plenissima potestas & iurisdictio legũ condendarũ & reuocandarũ residet.
66 Sæpe numero contingit, quod quis sit maior se ipso ratione iurisdictionis.
67 Suprema iurisdictio inseparabiter Principi cohæret, nec ab eo potest radicitus euelli.
68 Principi reseruata imprescriptibilia sunt & sic etiam regaliæ & præeminentiæ ac suprema maioria.
69 Roderi. Suarez intellectus ad Baldi doctrinam in l. qui se patris num. 34. C. vnde libe.
70 Princeps non potest priuato concedere suam supremam potestatem.
71 Merum imperium à laicis & subditis præscribi posse absq; probatione scientię regalis ostenditur.
72 Princeps æquiparatur vsufructuario.
73 Quemadmodũ vsufructuarius ius vsusfructus quod personale est à se abdicare nequit & in alium transferre, ita Princeps supremam iurisdictionem à se abdicare

L 118 Im-

re titulum defectuosum.

161 Possessio semper praesumitur sumpta ex titulo praecedenti.

162 A primordio tituli posterior formatur euentus.

163 Villa Alcagnicij non potest in hoc priuilegio suam fundare intentionem: & quare.

164 In collectiue dispositis, altera pars non potest versus alteram se iuuare dispositione.

165 Iurisdictio in loco est materialiter & passiue formaliter in Rege eiusq; ministris.

166 Iurisdictio in Iudice est sub praedicamento agere: & in subdito sub praedicamento pati.

167 Iurisdictionis natura est vt nisi specialis de illa mentio fiat, non intelligatur comprehensa.

168 Concesso Castro non venit iurisdictio, ei non annexa, si de ea mentio non fit.

169 Quae speciali nota digna sunt nisi specialiter notentur, neglecta censentur.

170 Regaliae adeò inhaerent Principi, vt ab eo vix queant auelli.

171 In concessione regalium iurisdictio non venit.

172 Non probat hoc esse quod ab hoc contingit ab esse.

173 Probatio debet concludere per necesse.

174 Dominus est qui liberam disponendi facultatem habet.

175 Meum dicitur, quod est simpliciter & in totum meum.

176 Vnio specificis verbis est exprimenda.

177 Vnio stricti iuris & odiosa est.

178 Vnio & diuisio inuicem se non impediunt, quando diuisio ad diuersum tendit effectum.

179 Nihil commune habet proprietas fundorũ, cum proprietate iurisdictionis.

180 Iurisdictione concessa non censetur territorium concessum.

181 Transactio super territorio non extenditur ad iurisdictionem.

182 Sententia super territorio non praeiudicat iurisdictioni.

183 Clausula generalis in fine posita refertur ad omnia praecedentia.

184 Verba illa, que los vsedes como fasta aqui, sunt restrictiua.

185 Confirmatio addit, sed non extendit.

186 Addit scilicet, confirmationem non aliquid de nouo.

187 Qualitas adiecta nomini, determinans verbum à quo dispositio sumit effectum, ipsam restringit & limitat.

188 Bartoli duo exempla referuntur, de dispositione cessante, quando qualitas cessat.

189 Plura alia ex Petro Surdo adducuntur exempla.

190 Priuilegia non extenduntur de vna persona ad aliam, etiam ex maioritate rationis.

191 Priuilegia sunt stricti iuris.

192 Priuilegia strictissime interpretanda quando agitur de praeiudicio tertij.

193 Cessante causa priuilegij cessat priuilegium.

194 Mutatione personae, quae est immediata causa priuilegij, priuilegium extinguitur.

195 Qualitas requisita in aliquo actu omni tempore concurrere debet.

196 Quando qualitas requirit perseuerantiam non sufficit inesse a principio.

197 Qualitas Aldeae, non solum est demonstratiua sed substantialis.

198 Verbum, Aldea, est vniuersale.

199 Augmenti & diminutionis aequa & naturalis est proportio.

200 Secundum rationem naturalem est, quod sentiens commodum, sentiat & onus.

201 Priuilegium iurisdictionis Cõmunitati in subditos & incolas concessum, auctis postea incolis omnes comprehendit.

202 Dispositio per nomen collectiuum seu vniuersale comprehendit augmentum

tum superueniens de futuro.

203 *Priuilegium Ecclesijs ciuitatis concessum extenditur ad Ecclesias postea constructas.*

204 *Si Summus Pontifex vellet Diœcesim diuidere, Capitulum non posset impedire ratione interesse considerabilis.*

205 *Emolumenta sunt fructus iurisdictionis.*

206 *Onus principaliter attenditur in iudicandi munere.*

207 *Priuilegium si damnosum esse incipiat reuocari potest.*

208 *Priuilegium quod damnosum esse incipit de iure nostri Regni reuocari potest.*

209 *Nihil magis Principem decet, quam bonum publicum, & suorum subditorum vtilitatem quærere.*

210 *Regem nostrum tribus præcipuè causis iustißimis motum fuisse ad concedēda priuilegia, de quibus in hoc processu.*

211 *Beneficia alias indiuisibilia pro bono pacis diuidi possunt.*

LAVS DEO.

